UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiæ Augustæ Scriptores VI

Ælius Spartianus. Vulc. Gallicanus. Julius Capitolinus. Trebell. Pollio. Ælius Lampridius. Flavius Vopiscus

Spartianus, Aelius

Lugduni Batavorum, 1671

Julii Capitolini M. Antoninus Philosophus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51177

Visual Library

JULII CAPITOLINI
[1]M. ANTONINUS
PHILOSOPHUS.

1[2] MARCO ANTONINO in omni vita philosophanti viro, & qui sanctitate vitæ omnibus principibus

CASAUBONUS.

1 M. ANTONINUS PHILOSOPHUS.] Omnes libri veteres hanc ἐπιγραφὴν agnoscunt: cui similis illa in Dionis & Zonaræ codicibus, ΜΑΡΚΟΣ ΑΝΤΩΝΙΝΟΣ Ο ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ. Nos tamen non dubitamus, recentiorum criticorum inventum esse, ut inter imperatoris hujus titulos PHILOSOPHI appellatio locum habeat. Omnes antiquæ historiæ hoc cognomen ignorant: omnes saxorum inscriptiones: omnes nummi, qui extant etiam hodie quàm plurimi. & meritò: cur enim eo nomine optimum & minimè ambitiosum principem afficerent, quod neque ille vivus, quæ fuit ipsius moderatio, agnovisset: neque illi unquam, vel vivo vel mortuo, neque à Senatu, neque à populo fuit delatum? Non negamus sapientissimum principem jam inde à puero per omnem vitam philosophantem, à multis antiquis scriptoribus philosophum legi appellatum: sed ἐπιθέτως, non ἐπωνύμως, & sic planè, ut Julium Cæsarem virum fortem, Augustum felicem, Caligulam insanum sæpe dicimus: cognomen verò PHILOSOPHI sic Marco fuisse unquam datum, ut Trajano OPTIMI, Tito Aurelio PII, id nos esse verum negamus & pernegamus. Quare enim verum censeam, quod Dio, Capitolinus, Victores ambo, Eusebius, Hieronymus, & ne singulos nominem, omnes historici veteres dum silent falsum esse clamant? Nesciverunt homines imperiti discrimen facere inter cognomina principum & epitheta, quæ honoris aut probri caussa, illis tribuuntur. Legas apud Justinum in Novella CVIII. ὁ φιλόσοφος οὐ βασιλεύει Μάρκος videtur Marco cognomen dare Philosophi: minime verò: sed ita philosophum appellat, ut cùm de eodem scribit in Novella XXII. ὁ φιλοσοφώτατος εὐεστώτε Μάρκος, hoc est, *philosophiæ plenissimus*, ut in Latina quadam constitutione legimus. Ita accipe apud Justinum Martyrem, in ipsa Apologiæ fronte, quam ad Pium misit, ubi sunt hæc verba: καὶ Οὐηρισσιμῷ υἱῷ φιλοσόφῳ, καὶ Λουκίῳ φιλοσόφῳ. Si quis probare hinc aggrediatur inter Marci cognomina hoc quoque fuisse: respondebimus, tam verum hoc in Marco, quàm in ejus fratre Lucio. nam & hunc Justinus pariter vocat philosophum. Idem dicemus de Athenagora, cujus gravissima ad ipsum Marcum pro Christianis Legatio sic inscribitur: Αὐτοκράτορσιν Μάρκῳ Αὐρηλίῳ, καὶ Λουκίῳ Αὐρηλίῳ Κομμόδῳ, Ἀρμενιακοῖς, Σαρματικοῖς, τοῖς μεγίστοις φιλοσόφοις. ambos nominat philosophos Marcum & Commodum: non sanè quomodo Armeniacos aut Sarmaticos: quæ cognomina senatus detulerat ambobus: sed ad majorem honorificentiam, ex proprio affectu, & Marci sapientiæ admiratione. Non aliter debent accipi verba Philostrati in

bus antecellit,[1] pater Annius Verus, qui in prætura decessit:[2] avus Annius Verus, item consul & præfectus urbi,

ti in Philisco sophista, Ἀντωνῖνος δὲ λοιδωρεῖ τὸν αὐτοκράτορα, ὁ δὲ φιλόσοφος παῖς. Quare ferenda non est imperitorum hominum temeritas, qui populi Rom imperatorem novo & olim inaudito cognomine donarunt. Neque adeo multi videntur esse anni cùm invaluit hic error: nam ex tot Chronicis quæ vigente priorum seculorum barbarie, hominibus illiteratissimis amor rerum veterum expressit, pauca melioris notæ invenias, quæ in vita Marci titulum hunc agnoscant: ne Robertus quidem à Porta aliter quàm Marcum Antonium, (voluit dicere Antoninum: sed hic barbari seculi alter est error, multis communis:) hunc nominat. Videtur aliquis sciolus ante hos ducentos circiter annos cùm Xiphilini Epitomam describeret, in titulo vitæ Marci de suo vocem illam adjecisse: quam vocem omnes postea Græci Latinique librarii temere, ut homines imperiti, & omnis eruditionis expertes, retinuerunt. Sic etiam librorum Marci ἐπιγραφὴν eruditissimus interpres censuit corrigendam: & tamen vir optimus ultro etiam παραδιόρθωσιν hanc suam lectoribus non dubitat imputare. Simillimum est & quod apud Georgium Monachum observabamus: nam cùm ille Philosophi cognomen non magis Marco tribuat, quàm Eusebius; in ora tamen ejus libri hæc verba invenimus adnotata: Μάρκος Αὐρήλιος ὁ φιλόσοφος: sed manu ita recente, ut vix annorum quinquaginta vetustatem scriptura præferat: cùm exemplar regium ante annos minimum quingentos sit descriptum.

2 MARCO ANTONINO, *in omni vita philosophanti viro.*] Penè ad verbum nescio quis scriptor apud Suidam, Μάρκος ὁ καὶ Ἀντωνῖνος βασιλεὺς Ῥωμαίων, ὁ ἐπαινετὸς καὶ πάνυ φιλόσοφος.

1 *Pater Annius Verus, qui in prætura decessit.*] Propterea pius in fratrem filius, cùm omnes eos recensens à quibus virtutem didicerat, patrem in eo albo ponere non posset, ita scripsit statim initio: παρὰ τοῦ δόξης καὶ μνήμης τοῦ πρὸς ἐμὲ γνησιωτάτου, τὸ αἰδήμον καὶ ἀρρενικόν: ubi sine dubio Annium Verum patrem suum intelligit: paullò post verò illa commemorans, quæ à patre suo fuerat doctus, de Pio loquitur, non de patre Vero.

2 *Avus Annius Verus, iterum Consul, & præfectus Urbi.*] Dioni non iterum, sed ter fuit consul, τρὶς non δὶς: & tribunus militum, non Urbi præfectus: nisi apud Xiphilinum πολιαρχήσαντος scribendum, pro χιλιαρχήσαντος.

SALMASIUS.

2 MARCVS ANTONINVS PHILOSOPHVS.] Recte animadverterunt eruditissimi viri, hanc PHILOSOPHI ἐπιγραφὴν, quæ adtribuitur Antonino Marco, non esse veterem: quam scilicet refutant & nummi ejus nomine cusi & veterum monumentorum inscriptiones. sed quod iidem ajunt omnes libros veteres hanc agnoscere, nescio quam veteres illi fuerint quos viderunt. nostri sane omnes, quos & veteres, imo & vetustissimos suo jure meritoque possumus appellare, nullomodo agnoscunt. Spartiani excerpta ANTONINVS MARCVS in titulo exhibent. sic etiam infra, *Antoninus Marcus* à Capitolino dicitur: *de qua cum diceretur Antonino Marco, ut repudiaret, si non occideret.* Græci Μάρκον semper nominant: αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος.

Adsci-

bi, [1] adscitus in patritios à principibus Vespasiano & Tito censoribus: patruus Annius Libo consul: amita Galeria Faustina Augusta: [2] mater Domitia Calvilla, Calvisii Tulli bis consulis filia: [3] proavus paternus Annius Verus prætorius [4] ex Succubitano [5] municipio ex Hispania factus senator: proavus maternus Catilius Severus, bis consul & præfectus urbi: avia paterna Rupilia Faustina, [6] Rupilii Boni consularis filia, fuere. Natus est Marcus Romæ sexto Cal. Majas in monte Celio in hortis, [7] avo suo iterum & Augure Coss. [8] Cujus familia in originem recurrens, à Numa probatur sanguinem trahere, ut Marius Maximus docet. Item [9] à rege Salentino [10] Malennio Dasummi filio, qui

1 *Adscitus in patricios à principibus Vespasiano & Tito censoribus.*] Verba illa *à principibus* non leguntur in nostro Palatino, & delenda sunt, & legendum: *adscitus in patricios à Vespasiano & Tito censoribus.*

5 *Municipio ex Hispania.*] Idem liber: *Municipio ex Spania.* notum est, *Spaniam* pro *Hispania* veteribus dictam & *Spanum* pro *Hispano*, Græcis pariter & Latinis. Σπανὸν ἔλαιον Galeno sexcentis locis. Spanus color Nonio pro Hispano: *pallus color est quem nunc Spanum vel nativum dicimus.* Græcis hunc colorem κορακῖνον dici alibi observamus. sic *stricem* pro *histrice*, apud Abdiam: *habebant alas spinieas sicut strix.* ita enim libri veteres eo loco unde *striculus* Arnobio pro histriculus. è contrario in vocabulis quæ ab *s*, & altera consonante incipiebant, vocalem præponebant, & *ischolas* dicebant pro scholis. Tertullianus: *in iscolis Carthaginiensibus.* veteres omnes libri *iscolis* ibi legunt, pro iscolis. sic *isqualentiam* alibi dixit idem.

GRUTERUS.

4 *Ex Succubitano municipio ex Hispania.*] Pal. habet, *municipio ex Spania.* & verò in multis aliis calamo exaratis codicibus ita semper id vocis invenitur, præcipuè quibus ætas annorum quadringentorum plus minus. quod ipsum jam dudum quoque proditum ab aliis.

CASAUBONUS.

2 *Mater Domitia Calvilla.*] Quæ & Lucilla etiam dicta paulò post: *cùm Lucillam matrem Marci vidisset.* Spartianus in Juliano, *Educatus est apud Domitiam Lucillam matrem Marci imperatoris.*

3 *Proavus pater.*] *Paternus.*

4 *Ex Succubitano municipio ex Hispania.*] Scrib. *municipio Hispania.* nam πυρελκὲς τὸ ex, neque est in Regio.

6 *Rupilii Boni consularis f.*] Obscurus homo & nomine & cognomine. videtur fuisse consul suffectus: aut fortasse ne id quidem, sed ornamentis consularibus ornatus.

7 *Avo suo iterum & Augure Coss.*] Hadriani anno IV. Coss. fuerunt Annius Verus II. & Augur.

8 *Cujus familia in originem recurrens, à Numa P.*] Brevius, sed clariùs Eutropius: *cùm ejus origo paterna à Numa Pompilio, materna à Salentino rege penderet.*

9 *A rege Salentino.*] Qui Salentinorum sive Japygiæ rex erat.

A. Sa-

[2] qui Lupias condidit. Educatus est [2] in eo loco in quo natus est, & in domo avi sui Veri juxta ædes Laterani. Habuit & sororem natu minorem Anniam Cornificiam: uxorem Anniam Faustinam consobrinam suam. [3] M. Antoninus [4] principio avi sui nomen habuit,

SALMASIUS.

9 *A Salentino Malennio.*] Palat. *Malemnio.*

CASAUBONUS.

10 *Malennio Dasummi filio.*] A quo manavit Dasumiorum appellatio inter Romanas gentes: quos alioquin obscurissimos nobilitat senatusconsultum Dasumianum: cujus fit aliquoties mentio in titulo Pandectarum De fideicommissariis libertatibus. Extat & lapis Romæ, Q. DASVMIO IANVARIO positus. in alio nominatur DASVMIA THAIS ancilla: quæ in altera veteri inscriptione BASVMIA corruptâ voce dicitur.

1 *Qui Lupias condidit.*] Reg. *Lopias.* Straboni libro VI. in ἐκκλησίᾳ Salentinorum Λυπίας.

2 *In eo loco in quo natus est, & in domo avi s.*] Regius de duobus locis unum facit: *in quo natus, in domo a. s.* Omnia hæc in regione Urbis secunda, sive Cœlimontio.

GRUTERUS.

1 *Qui Lopias condidit.*] Sic Regius codex, sic Palat. non *Lupias.*

SALMASIUS.

3 *M. Antoninus principio avi sui nomen habuit & Catilii Severi.*] Non pauca sunt quæ suspectam mihi reddunt hanc lectionem. cur enim dicit avi sui nomen habuisse M. Antoninum? cur non patris potius? Nam & proavus & avus & pater idem nomen habuerunt, & Annii Veri dicti sunt. Deinde cur paulo post scribit per virilem togam demum Annium Verum fuisse vocatum, si principio avi sui nomen habuit? qui quidem avus, Annius Verus fuit dictus. Præterea non valde verisimile mihi fit, principio & avi simul & proavi materni nomen habuisse Antoninum. Nam per gradus ostendit Capitolinus, quibus nominibus, quo tempore appellatus fuerit. Nec videtur admittenda distinctio eruditissimi viri, principio quidem, hoc est lustrico die appellatum esse Annium Verum, postea vero adoptatum à proavo materno Catilio Severo nomen ejus adsumpsisse. Nec etiam avum heic accipimus maternum. quorsum enim attineret & avum heic & proavum maternos nominare? Recte igitur optimus liber Palatinus particulam & nullus agnoscit, in quo ita legitur: *M. Antoninus principio avi sui nomen habuit Catilii Severi materni proavi.* Sed nondum integer & purgatus locus. quid enim illis faciemus, *avi sui*? omnino in menda cubant, nec quomodo emendanda sint video. Fortean sic optime emendentur: *M. Antoninus ab suis nomen habuit Catilii Severi materni proavi.* ut suos illi parentes nomen proavi materni imposuisse intelligamus. quod diserte testatur Dio: ὅτι ὁ Αντωνῖνος Μάρκος ὁ Καίλιος πρότερον ὀνομαζόμενος. πρότερον dixit, ut Capitolinus, principio. Nam certo certius de solo proavo materno Catilio Severo heic loqui Capitolinum, non etiam de avo, sive paternus ille sit, sive maternus. etsi emendari non possunt, deleri certè possunt illa verba, *avi sui*, quæ molestiam hujus loci sententiæ facessunt. sed quidni possint emendari? certe aut nulla aut hæc emendatio vera est: *principio avi sui nomen habuit Catilii Severi materni proavi.* id

 est prin-

habuit, & Catilii Severi materni proavi. Post excessum verò patris [1] ab Adriano *Annius Verissimus* vocatus est: [2] post virilem autem togam, *Annius Verus*, patre mortuo, ab avo paterno adoptatus est & educatus.
2 Fuit à prima infantia gravis. At ubi egressus est annos qui nutricum foventur auxilio, magnis præceptoribus traditus ad philosophiæ scita pervenit. Usus est magistris ad prima elementa Euphorione literatore, & Gemino comœdo, [3] musico Androne eodemque geometra: quibus omnibus ut disciplinarum autoribus plurimum detulit. [4] Usus præterea grammaticis, Græco, Alexandro: quotidianis Latinis, [5] Trosio Apro,

est principio ætatis suæ, ævum pro ætate. unde primævus & longævus. hoc omnino verum est.

CASAUBONUS.

4 *Principio ævi sui nomen habuit, & Catilii S.*] Dio in Hadriano, ἔτι ὁ Ἀντωνῖνος Μάρκος, ὁ Κατίλιος πρότερον ὀνομαζόμενος. Cautè accipe vocem *principio*. nam principio quidem, hoc est, lustrico die, appellatus est M. Annius Verus: postea verò adoptatus à proavo materno, L. Catilio Severo, dici cepit L. Catilius L. F. Annius Severus. *principio* igitur interpretare, quando primum in Aureliam gentem venit. Avus & proavus materni quorum hic meminit, nomen & cognomen idem ambo habuerunt.

1 *Ab Hadriano Annius Verissimus vocatus est.*] Ante dicebatur *Annius Verus*. Hadrianus jussit dici *Annium Verissimum*. quare? πρὸς τὸν τῆς Ῥωμαϊκῆς ῥήματος ἔννοιαν, inquit Dio. hoc est, quòd esset veritatis amantissimus, tenacissimus. Magnum rectæ indolis argumentum, & animi verè generosi, amor veritatis, odium falsi. Nullum vitium æque ac mendacium servilis ingenii est indicium. Quare Hebræi non temere, sed ex ipsa rerum natura sumserunt, ut dicerent *mentiri alicui* pro adulari & κολακικῶς se submittere. Marcum juvenem nominant Verissimum Justinus, Eusebius, Georgius Monachus, & Lampridius quoque: ut miror valde eruditissimum Ursinum hunc locum suis emendationibus iviſse corruptum.

2 *Post virilem autem togam Annius Verus.*] Rediit igitur ad illud nomen quod principio habuerat, sicuti modo diximus. Sed in regio exemplari & Politiani, verba illa sunt omissa, *Annius Verus*, sententiâ diversâ: quam tamen non putamus veram.

3 *Musico Androne.*] Marcus imperator initio operis sui nominans eos qui primi ipsum studiis philosophiæ imbuerant, Tantasidem quendam nominat: quod nomen cùm videatur nobis mendam continere, videndum an non is ipse sit, qui Andron heic appellatur. Sic ille, καὶ τὸ ἀκέστου πρῶτον μὲν Βακχίου, εἶτα Ταυρισκοῦ, καὶ Μαρκιανοῦ. certa me judice depravatio: emendatio verò non item.

4 *Usus præterea grammaticis, Græco Alexandro.*] Marcus, Παρὰ Ἀλεξάνδρου τὸ γραμματικὸν τὸ ἀνεπίπλεκτον.

5 *Trosio Apro.*] Prima editio distinguit inter has voces, quasi essent duorum nomina: quod non puto. Membranæ, *Crosio Apro.*

5 Trosio

Apro, & Pollione, [1] & Eutychio Proculo Siccensi. Oratoribus usus est, Græcis, [2] Annio Marco, [3] Caninio

SALMASIUS.

5 *Trosio Apro & Pollione & Eutychio Proculo Siccensi.*] Pollio iste Latinus Grammaticus, vereor ne hinc tantum notus sit, alias vero ignoratissimus sit omnium hominum, ut quem nec notum habeant veteres membranæ, quæ *& Polono* legunt. atque ut mei animi sententiam aperiam, suspicor, nec frustra, corruptum latere nomen urbis ex qua fuerit Trosius Aper. ut duos tantum heic habeamus Latinos Marci Grammaticos, Trosium Aprum, & Eutychium Proculum Siccensem. Trosii vero Apri patriam celant & dissimulant illa verba, *& Polono.* an *Polano* ex urbe Pola? id quidem pro vero non affirmem. sed minime dubito quin patriam hujus grammatici prodiderit Capitolinus, non minus quàm & sequentis Eutychii Proculi quem Siccensem esse significavit. Quærant porro quibus plus est otii, & eruant è latebris illius Grammatici patriam, si qui tanti putabunt esse.

CASAUBONUS.

1 *Et Eutychio Proculo Siccensi.*] Regius & Polit. corruptissimè, *Cutilio Protheo: Successivè orat.* probo editam lectionem. Sicca urbs Africæ notissima: ubi postea fuisse institutum episcopatum, scimus ex historia ecclesiastica. Videtur hic Proculus ille esse, qui *sui temporis doctissimus grammaticus* Pollioni dicitur in Æmiliano tyranno. In vita Commodi legimus Julium Proculum ab illa peste occisum: quod an debeamus de hoc capere, nescio: nam qui affirmare non verentur audaculi sunt, qui omnia sciunt, etiam quæ sciri non possunt. Illum quoque Proculum Christianum, cujus meminit Tertullianus libro adversus Scapulam, perperam cum hoc confundi censeo: item illum ad quem rescripsisse Marcum & Verum ex Pandectis cognoscimus.

2 *Annio Marco.*] Fuit temporibus Hadriani Marcus quidam orator & sophista vehemens, ipsi Hadriano admodum probatus, uti narrat Philostratus. sed de illo agi hic non puto: & omnino alius hic est ab illo de quo ille βιογράφος. Prima editio, *Aninio Macro*: scripti quidam, *Annio Macro.* Ipse quidem inter disciplinarum auctores à quibus fuerat juvenis informatus, Marcianum quendam nominat, Marcum aut Macrum nullum.

GRUTERUS.

2 *Annio Marco.*] Ita expresserat Pal. noster, convenienter editioni primæ: quæ cum debeat originem suam codici alicui manu scripto, duobus testibus standum nobis putabatur. alias vulgati, *Annio Macro.* ineptè.

SALMASIUS.

2 *Annio Marco.*] Marcus hic non possit esse alius quam cujus mentio est apud Philostratum in Sophistarum vitis. Nam & illis temporibus vixit quibus potuit esse Marci magister in Rhetoricis, & illa ætate magno in pretio fuit, ut licet intelligere ex istis Philostrati: ἠγάσθη αὐτὸν καὶ Ἀδριανὸς ὁ αὐτοκράτωρ, πρεσβεύοντα ἐπὶ Βυζαντίων, ἐπιτιθέντα τῇ πάλαι βασιλέων ἡδονῇ τὸ ἐγκώμιον αὐξήσας. Non alium denique illo tempore celebrem oratorem hoc nomine extitisse scio præter hunc Marcum. Nec obest huic sententiæ quod Annius Marcus heic apud Capitolinum dicitur, Philostrato tantum Marcus. Nam & Caninium Celerem, vocat Celerem tantum: & qui Tit. Claudius Atticus Herodes, illi authori tantum est Herodes.

nio Celere, [1] & Herode Attico: Latino, Frontone Cornelio. [2] Sed multum ex his Frontoni detulit, cui & statuam in senatu petiit: Proculum verò usque ad proconsulatum provexit, [3] oneribus in se receptis. Phi-

3 *Caninio Celere.*] Nusquam hujus oratoris mentionem fieri reperio nisi apud unum Philostratum, cujus nec vitam ex proposito scripsit, sed obiter tantum meminit, & πεχνογράφον nominat. quem & ab epistolis imperatoris fuisse dicit, sed cujus non dicit. sed Hadriani fuisse facile est divinare. in Dionysio: ἐ γὰρ Διονυσίῳ τὸ φρόνημα τοῦτο, ἀλλὰ Κέλερος ὁ πεχνογράφος. ὁ ὁ Κέλερ βασιλικῶν μὲ ἐπιστολῶν ἀγαθὸς κοιστάτης, μελέτῃ ὁ ὢν ὁ πεχνῶν, Διονυσίῳ τ ὢν μειρακίῳ χρόνον διάφορος. hujus Celeris meminit lib. VIII. vitæ suæ Marcus loco quem alibi explicabimus. nihil enim ibi vidit interpres.

CASAUBONUS.

3 *Caninio Celere.*] Hic & inter Lucii præceptores infra nominatur.

1 *Et Herode Attico.*] Rectè ita emendarunt viri docti monstra primæ editionis, & membranarum. in vita Veri, sic jungitur cum Caninio Celere ut hoc loco. Dio nominat Claudium Herodem. in veteri lapide, TI. CLAVDIVS ATTICVS HERODES. & hic & Cornelius Fronto ex illa quam vivi obtinuerunt nominis celebritate, etiam tironibus hodieque noti sunt. sed in Græcis codicibus φόρτων pro φρόντων constanti errore sæpe offendent tirones.

2 *Sed multum ex his Frontoni detulit.*] Quem quidem etiam consulem fecit: sed ordinatiò suffectum in duos menses, ut scribit Ausonius in Gratiarum actione. Fronto ipse in epistola ad Marcum: *Mihi satis abundeque honorum est, quos mihi cotidianò tribuis.* extant ad Sosipatrum Charisium.

SALMASIUS.

1 *Et Herode Attico; Latino Frontone.*] Sic bene emendarunt homines eruditi vitiosam scripturam veterum librorum etiam manu exaratorum: *& Herode Attio cotatino Frontone Cornelio.* qua nihil spurcius mendosiusque potuit videri. Hujus autem Herodis, qui præceptor Marci imperatoris fuit, effossa est ante aliquot annos tribus ab urbe miliariis inscriptio Græca, quæ dedicationem continet fundi Triopii & ædiculæ Minervæ & Adrasteæ. eam inscriptionem Herodis tetrarchæ nomini vindicarunt doctissimi viri, nam ibi Herodem se nominat Auctor ἐπιγραφῆς:

Ὑμμι γὰρ Ἡρώδης ἱερὸν τῶν γαίων ἔθηκε.

Nos certis argumentis ducti hujus esse Herodis Attici nobis persuasimus, & notis illam inscriptionem illustravimus. nam male vulgo accepta est ab eruditissimis hominibus.

GRUTERUS.

3 *Oneribus in se receptis.*] Nullus facilior lapsus librariorum, quàm in hac voce; quod scilicet scriberetur ferè *honeribus*: degeneravitque plerumque in *honoribus*, ut & heic. sed perperam. quocirca non dubitavi admittere ὀυσοχίαν optimi Turnebi.

CASAUBONUS.

3 *Honoribus in se receptis.*] Hæc scriptura omnium: quam evertit palam quod sequitur, *& quidem adhuc puer.* Scribe igitur sine dubitatione ulla cum summo viro Hadriano Turnebo, sic, *Proculum verò usque ad proconsulatum* (vel potiùs *consulatum*) *provexit, oneribus in se receptis. Phil.* mos princi-

pum

Philosophiæ operam vehementer dedit, & quidem adhuc puer. Nam duodecimum annum ingressus, [1] habitum philosophi assumpsit: & deinceps tolerantiam, quum studeret in pallio [2] & humi cubaret, [3] vix autem matre agente, [4] instrato pellibus lectulo accubaret. Usus

pum fuit tenuiorum inopiam sublevare, cùm illis magistratus mandarent, ut ad vitam Hadriani dicebamus. ad verbum hoc ita Dio, de Alexandro loquens qui secundum ipsi consulatum detulerat. τό, τε ἀναλωμα τὸ τῆς ὀργῆς αὐτὸς ἀναλώσειν ὑπεδέξατο. Etiam alio loco paulò post, *honoribus* pro *oneribus* suppositum fuerunt.

1 *Habitum philosophi assumsit.*] Pallium nempe Græcanicum, sine tunica, cum totius corporis illuvie. Lege Dionis Chrysostomi orationem περὶ τοῦ ἱματίου, & Tertullianum De pallio. Hic communis habitus omnium philosophantium, quo separabantur à cæteris. Fuere & propriæ singularum sectarum notæ, propria gestamina. Induebantur more philosophico & principum liberi, dum in eo studio versarentur: ut hic Marcus & de Juliano notat Marcellinus.

SALMASIUS.

1 *Habitum Philosophi assumpsit.*] *Pallium*, inquiunt, *sine tunica*. cur sine tunica? quia talis habitus philosophi. verum est, sed Cynici. at κυνισμὸν nunquam professus est Marcus. habitus autem Cynicorum eo tantum à reliquorum philosophorum habitu distabat, quod hi tunicam sub pallio non gestarent, reliqui omnes gestarent. Ideo Juvenalis, qui sectam Cynicam à Stoica parum diversam quod ad dogmata videret esse, dixit:

— *& Stoica dogmata tantum*
A Cynicis tunica distantia —

quod Stoici cum tunicis sub pallio ambularent, Cynici vero ἀχίτωνες essent. qua de re nos alibi plura.

CASAUBONUS.

2 *Et humi cubaret.*] χαμεύνια sive humicubatio olim consueta omnibus qui vitam delicatiorem aspernarentur. vel enim super duro silice, aut nudo solo dormiebant: vel stoream aut psiathum, aut pelliculas substernebant. Ab istis cùm accepissent Christiani ascetæ morem & æmulationem τῆς σκληραγωγίας, mirificis postea inventiunculis ipsi asperitatem hujus σκληραγωγίας intenderunt. De quibus omnibus fusè egimus in nostro De veterum lectis & stragula veste commentario.

3 *Vix autem matre agente.*] Scribebam, *urgente*. sed nihil muto. nam & agere posuerunt pro impellere, auctor esse, vel jubere. Alii *satis agere* eodem sensu. Lucifer pro Athanasio libro secundo: *si te hæretico satis agente damnarem innocentem, tecum essem futurus in gehennam.* Faustina autem filio Marco, non luxuriæ magistra, sed vitæ tenuiter ac sobriè instituendæ. Nam ait filius doctum se à matre τὸ λιτὸν καὶ τὴν διαιτῶν, καὶ πόρρω τῆς πολυσπαρακτῆς ἀγωγῆς. Propterea vir ille divinus, neque satis unquam vel cognitus vel laudatus, alio loco diis gratias agit, quod cum lege fatorum matri ipsius cita mors imminet, postremos saltem annos unà cum ipsa egerit, vel potius illa secum: sic enim ait: ὡς δὲ τῆς θεῶν τὸ μέλλοντα νέαν πλουτῶν τὴν τεκοῦσαν, ὅμως εἰκήσειν μετ' ἐμοῦ τὰ πλουτεῖα ἔτη.

4 *Instrato pellibus lectulo accubaret.*] Marcus de se libro primo, ὡς δὲ Διογνήτου, τὸ σκίμποδος καὶ δορᾶς ἐπιθυμῆσαι, καὶ ὅσα τοιαῦτα τῆς Ἑλληνικῆς ἀγωγῆς ἐχόμενα. *cubare* propriè de cubicularibus lectis: *accubare* de

[1] Usus est etiam Commodo magistro, cujus ei affinitas fue-

tricliniaribus, quæ & accubita dicuntur, & accubationes. dicitur & de lucubratoriis lectulis, de quibus multa notamus ad Suetonium: neque dubium, de iis hic esse accipiendum.

1 *Usus est etiam Commodo Magistro c.*] Esset obscurum de quo sentiat: nisi sequeretur, *cujus affinitas ei fuerat destinata.* quæ ostendunt Lucium Cejonium Commodum Cæsarem intelligi, qui fuerat ab Hadriano adoptatus. hujus affinitatem fuisse Marco destinatam, non semel dicit Capitolinus.

SALMASIUS.

1 *Usus est etiam Commodo magistro.*] Ut planum faciat quis ille Commodus, addit, *cujus illi affinitas fuerat destinata.* cujus affinitatis etiam infra meminit. Virilem togam sumpsit quintodecimo ætatis anno (de Marco loquitur) statimque ei Lucii Ceionii Commodi filia desponsata est ex Adriani voluntate. ut mirum alibi nusquam apud hos auctores hujus Ceionii Commodi filiæ mentionem extare; non in vita patris ejus Ælii Veri, non in fratris Antonini Veri, ut saltem sciremus quid illi factum sit postquam sponsalia ejus & Marci dissoluta sunt, & Marco data est nupsum Antonini Pii filia. Nam locus qui infra legitur, *& quum dissolutis sponsalibus quæ cum Lucii Ceionii Commodi filia desponsera voluerat*, vitiose scriptus est: nec de filia Ceionii Commodi, sed de filio Antonino Vero accipiendus est. & ita accepisse scripsisseque se, auctor ipse Capitolinus in Vero, his verbis de Hadriano: *quum sibi ille Pium filium, Marcum nepotem esse voluisset, posteritati satis prowidens, & ea quidem lege ut filiam Pii Verus acciperet, quæ data est Marco ideirco quia hic ad hoc impar videbatur ætate, ut in Marci vita exposuimus.* At hic locus est ex Marci vita ubi id exposuit, alibi enim nusquam, ut ibi pluribus dicemus. Vero igitur destinata erat Pii filia, ex instituto Hadriani. Sed cum impar esset ætate, Marco data est. ipse Verus Marci filiam accepit. at Lucii Ceionii Commodi filia desponsata Marco ubinam gentium est, aut quid illa factum? Aliud mihi exoritur dubium; quomodo Commodus ille præceptor Marci, aut in quibus disciplinis? Eum ducis famam ex rebus gestis obtinuisse refert Spartianus, etsi non summi, mediocris tamen. verum in philosophia videtur illo magistro usus esse Marcus. Nam statim sequitur: *usus est & Apollonio Chalcedonio.* Marcus autem in vita enumerans omnes per quos aut in literis aut in vita & moribus profecit, Commodum hunc ne nominat quidem: sed Verum fratrem, à quo habuisse se dicit, τὸ φιλοοίκειον. τῷ δ' ἀδελφῷ Οὔηρῳ τὸ φιλοοίκειον. de alio Vero non licet intelligere quam qui simul cum Marco imperavit. τὸ φιλοοίκειον autem, amorem in suos. quod etiam in Vero notavit Capitolinus. nam enumeratis omnibus ejus magistris in diverso genere scientiarum, *Hos omnes*, inquit, *amavit unice, atque ab his invicem dilectus est.* atque hoc est φιλοοίκειον, quod à fratre suo Vero didicisse Marcus profiretur. Lucium quemdam memorat illustrem virum Philostratus, quem & σοφὸν fuisse vult, qui illa ætate vixit, & Herodis Attici in primis familiarem. Λέγεται καὶ Λεύκιος οὗτος ὁ σοφὸς, εἰς ξυμβολίαν τοῦ Ἡρώδου καθιστάμενος, ὡς οὐκ ἔπειθε μεταβαλεῖν αὐτὸν Δημοκράτους. paulo post vocat eundem πατρῴου σὺν τοῖς φαιδροῖς. Hic cum vidisset imperatorem jam Marcum ad Sextum Philosoph. disciplinæ gratia vadentem, ἐξάρας τὴν χεῖρα εἰς τὸ ἔρματον, ὦ Ζεῦ, ἔφη, ὁ Γερμανῶν βασιλεὺς γηράσκων ἤδη δέλεαρ ἐξαψάμενος, ἐς διδασκάλου φοιτᾷ ὥσπερ οἱ παῖδες. post quæ addit idem Philostratus

fuerat destinata. [1] Usus est & [2] Apollionio Chalcedonio Stoico philosopho. Tantum autem studium in eo philosophiæ fuit, [3] ut adscitus jam in imperatoriam dignitatem, tamen [4] ad domum Apollonii discendi causa

3

stratus, ἀπόχρη καὶ τὰ ἀρημμένα δεῖξαι τινὰ ἰδέαν τοῦ ἐφιλοσόφει ὁ Λούκιος. Diu quæsivi quis esset hic Lucius: necdum mihi repertus. nec opinari possumus Lucium Verum esse fratrem & collegam Marci. Nam & paulo post Philostratus Lucium vocat duobus aut tribus locis in eadem Herodis vita, quem & adeo familiarem fuisse Herodi scribit, ut in suspicionem una venerit Herodes conspirationis adversus Marcum initæ, ob hospitium & familiaritatem Lucii. inde illæ exclamationes Herodis ad Marcum, τοῦτό μοι ἡ Λουκίου ξενία ὃν σὺ μοι ἐπέμψας. Hæc igitur excutienda doctis in medium relinquo.

1 *Usus est & Apollonio Chalcedonio Stoico.*] Nihil hoc loco variant libri. sed ipse Capitolinus variat, qui in Antonino accitum Chalcide hunc Apollonium dixerat. nunc heic eum Chalcedonium facit. ne vero mutandum esse in Chalcideno credamus, præsto sunt auctores qui Chalcedonem illi patriam assignent. Eutropius: *institutus est*, inquit, *ad philosophiam per Apollonium Chalcedonium.* & ita Pæanius legit, ut patet ex versione. Cassiodorus in Chronicis, *natione Chalcidicum.* sed non ille magis Chalcidicus quam Chalcedonius. nam Chalcidici vel Chalcidenses dicti sunt à Chalcide Eubœæ. at Chalcidis Syriacæ cives Chalcideni nomen habuere. videndum in verbis Dionis quibus hunc Apollonium Nicomediæ civem facere videtur, an aliud quid lateat quam quod verba sonant. sic enim se habent: ὃν μὲν γὰρ τόν τε Φρόντωνα τὸν Κορνήλιον καὶ τὸν Ἡρώδου τοῦ Κλαυδίου διδασκάλους εἶχε, τὸν δὲ τόν τε Ῥουστικὸν τὸν Ἰούνιον καὶ Ἀπολλώνιον τὸν Νικομήδεα. cur enim huic soli Apollonio patriam daret, cum aliis non dederit? deinde cur Nicomedensem diceret, qui auctorum omnium sententia fuit ex Chalcide? ut autem in reliquis, quos ibi nominat, & nomine & cognomine eos appellat. & quidem sic ut nomen cognomini postponat, vocando Ἡρώδου τοῦ Κλαυδίου, qui Claudius Herodes fuit, & Φρόντωνα τὸν Κορνήλιον, qui Cornelius Fronto, Ῥουστικὸν τὸν Ἰούνιον, Junium Rusticum, sic eadem ratione loquendi videri possit Ἀπολλώνιον τὸν Νικομήδη, qui Nicomedes Apollonius fuerit vocatus, dicere: quod pro vero non obtrudo. Nam & alius Nicomedes educator Veri memoratur à Capitolino in ejus vita. Locum hunc considerandum attentius doctis relinquo.

GRUTERUS.

3 *Ut adscitus jam in Imperatoriam dignitatem, tamen, &c.*] Non agnoscitur à Palatinis duobus vox *dignitatem*; adscriptaque eis à manu recentissima. ut fuerit fortè, *ut adscitus jam Imperator, &c.* sed non opus est insistere conjecturis. potest enim ferri lectio prior, omisso verbo illo *dignitate.* uti ea ipsa subintelligatur, vel *majestatem*, vel tertium quid, istis simile. sanè & capite sequenti posuit absolutè *Aureliam*, subaudiendumque *familiam.* quæ dictio, an & heic quoque subintelligenda, viderint quibus otium & tempus, quo utroque destituor. suspicor tamen posse bellè convenire.

CASAUBONUS.

2 *Apollonio Chalcedonio.*] Membranæ, *Calcedonico.* Scribendum verò, *Chalcideno*, ut ad Pium probavimus.

4 *Ad domum Apollonii discendi causa veniret.*] Etiam ad Sexti domum dis-

ſa veniret. [1] Audivit & Sextum Chæronenſem Plutarchi nepotem: [2] Junium Ruſticum, [3] Claudium Maximum,

cendi cauſſa ventitaſſe jam imperatorem Marcum, Dio narrat, & Philoſtratus in Herode. inde enim petita hiſtoria, quam Suidæ ferunt acceptam etiam docti viri.

1 *Audivit & Sextum Chæronenſem.*] Marcus Sextum nominat tantùm: Philoſtratus Σέξτον τὸν ἐν Βοιωτίᾳ φιλόσοφον: Suidas etiam Plutarchi nepotem, cum Capitolino. Putavimus aliquando hunc eſſe philoſophum illum Pyrrhonium, cujus extant hodieque adverſus dogmaticos acutiſſima ſcripta. ſed qui nullum ſatis firmum argumentum hujus ſententiæ adhuc invenerimus, ſententiam mutare proni ſumus. Sanè in Græco qui penes nos eſt, codice, nuſquam aliter quàm Σέξτος ὁ ἐμπειρικὸς, auctor ille nominatur. Adde quòd ille empiricus, nullius dogmatis approbator, nedum auctor, omnium fuit everſor. Sextus hic Marci præceptor, non ea ſolùm quæ priores ſciverant ſapientes, nota habuit exactè: ſed ipſe etiam nonnullorum ſcitorum fuit auctor, & primus inventor. Nam de eo ſcribit Marcus, doctum ſe ab illo, τὸ καθολικῶς καὶ ὁδῷ ἐξευρετικόν τε καὶ τεκτικὸν τὸ εἰς βίον ἀναγκαίων δογμάτων non eſt igitur hic ille δογματικός. & falluntur qui confundunt.

2 *Junium Ruſticum.*] Non prætermittit Marcus libro primo. Idem Marcus cum fratre in quodam reſcripto, cujus extat fragmentum lege prima De appellationibus: *cum ad Junium Ruſticum amicum noſtrum præfectum Urbi provocares.* Miratus ſum, quod legi in primo aureolorum Marci librorum: nam ille gratias ſuperis agit, quòd cùm ſæpe Ruſtico ſuccenſuiſſet, nunquam tamen illum, aut facto aut verbo læſiſſet, cujus poſtea ſe pœniteret.

3 *Claudium Maximum, & Cinnam Catullum.*] Et iſtorum meminit Marcus: ſed ſolis cognominibus, τοῦ Κατύλου, & τοῦ Μαξίμου.

SALMASIUS.

1 *Audivit & Sextum Chæronenſem.*] Dubitant viri docti Sextus hicne ſit cujus hodieque habemus adverſus reliquas philoſophorum ſectas, diſſertationes. Sane Πυῤῥώνειον fuiſſe hunc Sextum Chæronenſem ſcribit Suidas: ἐν δὲ τῷ Πυῤῥωνείῳ ἀγωγῇ. & σκεπτικῶν βιβλία δέκα reliquiſſe teſtatur. ita enim legendum apud Suidam. idem tamen paulo poſt alium Sextum Philoſophum Afrum auctorem τῷ σκεπτικῷ facit: Σέξτος, inquit, Λίβυς Φιλόσοφος· σκεπτικὸς ἐν βιβλίοις ἱ Πυῤῥώνειος. at in Græcis exemplaribus manuſcriptis, ἐμπειρικὸς vocatur ille Sextus. Hujus mentionem à Galeno factam repperi, qui quidem Galenus σύγχρονος hujus Sexti Chæronenſis fuit ſub Marco nempe imperatore, ut videatur paulo antiquior empiricus ille hoc noſtro Chæronenſi. Galenus in Iſagoge de Empirica loquens: τὸ δὲ ἐμπειρικῆς ὠνόμασεν Φίλιππος Κῶος, ὃς καὶ αἱρεσιάρχης ἐγένετο ὁ πρῶτος αὐτῶν ἀποτεμνόμενος ἀπὸ τῆς λογικῆς αἱρέσεως, τῆς ἀφορμὰς λαβὼν ἀπὸ Ἡροφίλου καὶ ἀκμάσας ἐγένετο. θέλοντες δὲ ἀπαρχαΐζειν αὐτῶν τὴν ἀρχὴν, ἵνα ᾖ πρεσβυτέρα τῆς λογικῆς, Ἀκρωνα τὸν Ἀκραγαντῖνον φασὶν ἀρξαι αὐτῆς. μετὰ Φιλῖνον ἐγένετο Σεραπίων Ἀλεξανδρεύς, εἶτα Ἀπολλώνιοι δύο, πατὴρ τε καὶ υἱὸς Ἀνθοκρεῖς, μεθ' οὓς Μηνόδοτος καὶ Σέξτος οἱ καὶ ἀκριβῶς συγγράψαντες αὐτά. en tibi Sextum Empiricum, qui ante tempora Galeni vixit, atque etiam ante hujus Sexti Chæronenſis, cum hic & Galenus contemporanei fuerint.

3 *Claudium Maximum.*] Meminit hujus

mum, [1] & Cinnam Catullum, Stoicos. [2] Peripateticæ verò ſtudioſos audivit Claudium Severum, [3] & præcipuè Junium Ruſticum. quem & reveritus eſt & ſectatus: qui domi militiæque pollebat, Stoicæ diſciplinæ peritiſſimum, cum quo omnia communicavit publica privataque conſilia: [4] cui etiam ante præfectos prætorio ſemper oſculum dedit: quem & conſulem iterum deſignavit, [5] cui poſt obitum à ſenatu ſtatuas poſtulavit. Tantum autem honoris magiſtris ſuis detulit, ut imagines eorum aureas in larario haberet, ac

hujus Maximi non ſemel Marcus in libris de vita ſua: meminit & Secundæ uxoris Maximi lib. III. Τ' εἰς ἑαυτὸν: τοιοῦτόν πᾶν μέρος τοῦ βίου καὶ πᾶν ὑποκείμενον. Λουκίλλα Οὐῆρον, εἶτα Λουκίλλα. Σεκούνδα Μάξιμον, εἶτα Σεκούνδα. Ἐπιτύγχανος Διότιμον, εἶτα Ἐπιτύγχανος. Φανεῖσαν Ἀντωνῖνος Διαδοῦς πάντα. Κέλερ Ἀδριανὸν, εἶτα Ἀδριανός. quem locum editionibus interpunctionum vitio depravatiſſimum, & doctiſſimo interpreti minime intellectum ſic diſtinximus & reſtituimus. ſenſus autem hic eſt: Lucilla Verum extulit, poſt & ipſa quoque mortua eſt. Secunda Maximum, quæ & ipſa poſt paulo obiit. Epityncharus Diotimum extulit, mox & ipſe fatis conceſſit. & ita de reliquis.

1 *Et Cinnam Catullum.*] Scribe: *Catulum.* Nam *Catulus*, non Catullus vocabatur ille Cinna, & ita habet Palatinus. etiam Marcus, Κάτελον vocat: ὥσπερ Κατέλου καὶ Μαξίμου.

3 *Et præcipue Junium Ruſticum.*] Alieniore loco poſita eſt hæc de Junio Ruſtico repetitio. cur enim uno ductu contextuque, cum de Stoicis ageret, de hoc Stoico quæ voluit dicere, non continuavit? Hæc eſt iſtorum ſcriptorum in ſcribendo ſecuritas, ut omnia permiſceant & confundant. qua re factum eſt ut neceſſe habuerit Stoicæ eum peritiſſimum repetere, cum ſupra inter Stoicos enumeraſſet, ne videretur aut de alio ſentire Junio Ruſtico quam de Stoico, aut eum Peripateticum facere, quem prius Stoicum dixiſſet.

GRUTERUS.

1 *Cinnam Catullum.*] Noſter authenticus, *Catulum*; neque aliter in vita ſua ipſe Marcus.

CASAUBONUS.

2 *Peripateticæ verò ſtudioſos.*] Membranæ, *ſtudioſus.* ἐρασὴς ὤν. & ita ſcribendum neceſſario: nam peripateticum unum nominat, Claudium Severum: in quo deſinit enumeratio præceptorum Marci. poſteà verò tanquam ἀπ' ἄλλης δόξης de Junio Ruſtico quædam adjicit. Quare poſt *Severum* major diſtinctio ponenda.

4 *Cui etiam ante præfectos prætorio ſemper oſculum dedit.*] Et quòd oſculo convenientem excipit, magnum; & quòd ante præfectos prætorii, maximum. ideo laudata Similis modeſtia, qui ſimile honoris genus ab Hadriano ſibi delatum, ſapienter non admiſit, ut narrat Xiphilinus.

5 *Cui poſt obitum à ſenatu ſtatuas poſtulavit.*] Pro magno hoc tum cenſebatur. ſic notat Dio Trajanum Licinio Suræ mortuo ſtatuam poſuiſſe.

[1]ac sepulcra eorum [2]aditu, hostiis, floribus semper honoraret.[3] Studuit & juri,[4] audiens L. Volusium Metianum: tantumque operis & laboris studiis impendit, [5]ut corpus afficeret, atque in hoc solo pueritia ejus reprehenderetur. Frequentavit & declamatorum scholas

1 *Sepulcra eorum aditu, hostiis, floribus, semper honoraret.*] Regis & aliæ membranæ, *additis hostiis*. sensu non incommodo. Alii solebant defunctorum amicorum sepulcra visere, & floribus ornare: Marcus etiam hostias adjiciebat. Sed vocem *aditu*, possumus tueri, loco Plinii non dissimilis sententiæ epistola septima libri tertii, ubi idem fere verbum. Ait enim de Silio Italico, *Vergilii natalem religiosius quam suum celebrabat. Neapoli maximè, ubi monimentum ejus adire, ut templum solebat.* Pro *aditu*, legas vocabulum *accessu*, in Hispanica inscriptione; de cujus tamen fide dubitant viri eruditi: SI. MANES. POST. FATA. ALIQVID. SENTIVNT. DIMITVR. DOLOR. FREQVENTI. FILII. MEI. ACCESSV. AD. ME. Aliquando placebat scribi *redditu* pro *aditu*. nam sæpe qui defuncti memoriam honoratam volebant, redditus in eam rem assignabant. Procopius quarto Persicorum: πολλοῖς τε ἄλλοις καὶ χρημάτων παρεσκεύαζε τὰ Ἰωάννου τάφου ἐπιμήσει. sed minùs convenit huic loco ea sententia: neque dubitandum quin auctor scripserit *aditu*.

SALMASIUS.

1 *Ac sepulcra eorum aditu, hostiis, floribus honoraret.*] *Aditu* vera lectio, & ita membranæ Pal. hæc tria verba propria juris monumentorum, itus, aditus, ambitus. hinc illa in titulis sepulcrorum incidi solita: *itu, aditu, ambitu, coronare, sacrificare.* &, *itu, ambitu, sacrificium faciendi.* item: *itum, aditum, ambitum, coronare, vesci, mortuum atque ossa inferre ut liceat.* in aliis: *huic monumento, iter, aditus, ambitus debetur ex sententia Erotis Aug. Lib.* & in alio: *ad hoc sepulcrum itum, aditum omnino permissum est ab Q. Epitynchano libertos ingratos aditu etiam & accessu sepulcri sui prohibebant atque ita in titulo cavebant: sibi & suis libertis libertabusque & posteris eorum, excepto Hermete Liberto, quem veto propter delicta sua aditum, ambitum ne ullum accessum habeat in hoc monumento.* frequenti aditu monumenta eorum honorabant, quos in vita charos habuerant, sacrificabant, rosis & floribus ornabant. Propertius:

— memento
Hoc itere ad lapides sæpe venire meos.

GRUTERUS.

2 *Aditu, hostiis, floribus.*] Rectè *aditu*; neque secus Palatinus. eamque vocem omnino heic necessariam, memini pluribus alibi adstruere in libellis Suspicionum.

CASAVBONVS.

3 *Studuit & juri.*] Aristides in Marci encomio: οὐκ εἰς ἑτέρους ὁρῶν ἐμμενέας, ὅτῳ λαμβάνῃ τὸ δίκαιον. ἀλλ' αὐτὸς ἔχων ἐκ παιδείας τε ὡς ἀληθῶς καλῶν καὶ τῶν ἀγαθῶν ἐπιστήμων, τοῦ δὲ τῶν νόμων ἐμπειρίαν παρεσκευάζου.

4 *Audiens L. Volusium Metianum.*] Vel *Mæcianum*, ut antè monuimus. De hoc Marcus & Verus, in lege XVII. De jure patronatus: *Volusius Mæcianus amicus noster, & juris civilis præter veterem & bene fundatam peritiam anxiè diligens.*

5 *Ut corpus afficeret.*] Explicat Dio, ἐκ τῆς πολλῆς ἀχολίας τε καὶ ἀσκήσεως ἀσθενέστερον τὸ σῶμα εἶχε,

1 *Ama-*

las publicas: [1] amavitque ex condiſcipulis præcipuos ſenatorii ordinis [2] Sejum Fuſcianum, [3] & Aufidium Victorinum: ex equeſtri, [4] Bæbium Longum [5] & Calenum, in quos maximè liberalis fuit: & ita quidem ut quos non poſſet ob qualitatem vitæ reip. præponere, [6] locupletatos teneret. Educatus eſt in Adriani gremio, qui illum (ut ſuprà diximus) Veriſſimum nominabat: [7] & qui ei honorem equi publici ſexenni detu- 4

1 *Amavitque ex condiſcipulis præcipuos.*] Regius, *amavitque condiſcipulos, præcipuè ſenatorii ord.*

2 *Seium Fuſcianum.*] Quæſivi hunc, neque reperi uſquam. Seium Oceanum legere memini apud Javolenum, cui avunculus Mallius Seneca. ſed quid ad hunc locum? In vita Commodi Fuſcianus quidam Lampridio nominatur ſecundum Cos. qui etiam Urbi fuit præfectus, ut narratur in Pertinace qui illi ſucceſſit. Fuerit hic fortaſſe Marci condiſcipulus: niſi tamen ætas impediat. ſed non urget hoc incommodum.

3 *Et Aufidium Victorinum.*] Fuit hic bis conſul & præfectus urbi: is eſt ad quem Marci extant reſcripta nonnulla. Membranæ, *Laufidium.* Scribo, *L. Aufidium*, etſi non neſcio alios huic Marci, non Lucii prænomen tribuere.

4 *Bebium longum.*] Scrib. *Bæbium.* ut ſemper apud auctores alios.

5 *Et Calenum.*] Regius, *Galienum.*

6 *Locupletatos teneret.*] In contubernio videlicet ſuo, aut aliâs in uſu vitæ privatæ. Claudius imperator in oratione Lugduni habita: *ex qua colonia inter paucos, equeſtris ordinis ornamentum, L. Veſtinum familiariſſimè diligo, & hodieque in rebus meis detineo.* Plinius in epiſtolis, *illum civilibus officiis principis amicitia exemit.*

SALMASIUS.

5 *Et Calenum.*] *Et Callenum*, v. ed. & Pal.

6 *Locupletatos teneret.*] Verbum hoc, *teneret*, perſuaſit doctiſſimis hominibus ut crederent genus iſtud hominum de quibus heic loquitur Capitolinus, in contubernio fuiſſe imperatoris, & ita exponendum cenſerent. ſed longe aliter habet. Nam *locupletatos tenere*, non aliud eſt, quam locupletare, loquendi more illorum temporum hominibus uſitato. Diverſo igitur modo liberalem ſe præbuit Marcus in condiſcipulos ſuos, cum alios honoribus bearet, & reip. præponeret: ſi quorum vero vitæ qualitas id ferre non poſſet, eos locupletaret ita illos honoribus, iſtos divitiis, ſuo quemque pro merito, magnos faciebat. *locupletatum tenere* pro locupletare, ſic & *locupletatum habere*, quæ loquendi forma ita crebra eſt apud infimæ Latinitatis ſcriptores, ut aliam non habeant uſitatiorem. *apertum habere* pro aperire. *ſolutos habere*, pro ſolvere. ſic & *perditas ſuas res habere* pro perdere, in capitulario quodam Caroli Magni, ſi bene memini. ſic & paſſim apud alios, ut alibi obſervamus. ita infra: *latius ſuos fines tenere*, pro fines ſuos dilatare & extendere. in Pertinace; *quum apud vada Sabbatia oppreſsis fœnore poſſeſſoribus latius ſuos teneret fines.*

GRUTERUS.

5 *Et Calenum.*] Palat. *Callenum.*

7 *Et qui ei honorem, etiam publicè, ſexenni detulit.*] Turbat & heic quoque Pal. ſed proximius tamen accedit ad lectionem vulgatam, quàm ceterorum ſcripti. habet enim *& qui ei honorem & qui publicis exenni detulit*; factumque deinde ſcriptura recentiore, *exennii.*

7 *Et*

CASAUBONUS.

7 *Et qui ei honorem etiam publicè sexenni detulit.*] Membranæ hic & veteres editiones insigniter corruptæ. præferunt enim, *& qui ei honorem & qui publicis exennio tulit.* Viri docti variè emendarunt. Nobis quod editum est, id placet: nam & vestigiis corruptæ lectionis insistit hæc correctio: & videtur is qui sic primus emendavit, suorum librorum fidem secutus. Quare ita scribamus, *qui ei honorem, & quidem sexenni detulit.* bona prorsus & convenientissima sententia. De honoribus enim Marci dicturus auctor, jure ab illo orditur, qui sexenni est habitus ab Hadriano, & quidem publicè. Non dicit Capitolinus, quale id fuerit honoris genus: sed non est difficile aliquid divinare, quod à vero non abhorreat. Nam videtur Hadrianus cùm ludos spectaret, in suggestu suo aut cubiculo puerum Marcum collocasse; aut aliquem in orchestra honore insignem locum illi attribuisse: vel cum iter faceret, in suo vehiculo eum aliquando habuisse: aliquid denique eorum illi tribuisse, quæ solita in principibus juventutis, aut imperatorum liberis usurpari. Firmat validè hanc emendationem, quod subjicitur de habito octenni Marco honore. ordine enim progreditur, hic quidem. utinam vero & in omni vita.

SALMASIUS.

7 *Et qui ei honorem etiam publice sexenni detulit.*] Non alius contaminatior locus, aut fœdius corruptus in his auctoribus sese offert quam hic est, aut in quem plus conjecturarum effuderint viri docti. quas tamen omnes unius assis non facimus. ita longe à vero absunt. quibus referendis immorari non placet. experiamur etiam & quid nos quoque possimus in hoc conjectaneo genere. Verus lectio Palatini optimi Codicis hæc est: *& qui ei honorem, & qui publicis exemi.* Quod paulo minus etiam servat editio Mediolanensis, quæ sic habet: *& qui ei honorem, & qui publicis exennii detulit.* inde emendationes variæ emanarunt de publicis decenniis, & xeniis, & id genus aliæ non multo meliores. post quas non debet esse mihi fraudi, si meam quoque in medium afferam. sic ergo, vestigia usque premens veteris scripturæ, ut nec literæ unius mutandæ licentiam mihi sumam, legendum contendo: *& qui ei honorem equi publici sexenni detulit.* en facinus, en audaciam conjectandi pro *& qui, equi* fecimus, cætera integram intactamque reliquimus veterem lectionem. nam ex *publicis exemi*, publici sexenni fecisset, non dubito opinor aliud quam exerrantem librarii manum leviter correxisse. Honor autem hic equi publici ab Hadriano delatus Marco, & per se magnus olim fuit, & eo heic etiam major quod sexenni delatus. ut & ille qui sequitur quod octavo ætatis in collegium Saliorum relatus est. Nam & aliis quamplurimis deferebatur hic honos, sed qui id ætatis essent quo tunc Marcus, paucis. ideoque pro magno heic ponit Capitolinus honorem equi publici ei sexenni delatum. non parvi autem honoris rem fuisse equo publico ab imperatore donari, liquet ex multis auctorum locis. & veteres inscriptiones pæne infinitos suggerunt equo publico donatos. Philostratus de Heliodoro Sophista: καὶ ἀρχαῖς μὲν δὴ συνέπεσέ τις καὶ ἡμῖν ὁμωνυμία γέλωτος οἰοιδήποτε ὅτι Δημητριοῦ αὐτῷ, ἐπεὶ καὶ αὐτῷδε ἱππεύειν δημοσίᾳ ἐδόκει καὶ πεισθεὶς ὁπόσας ἔχοι, ἐθαυμάζετο ἡ τύχη, οἷς τε αὐτὸν ἑαυτῆς ἐφιλοτίμει· ὁ δὲ ἐκκυμβήσας Δημήτριος ὅπου φιλόλογον· ubi δημοσίᾳ ἱππεύειν est equo publico mereri. idem in Dionysio: Ἀδριανὸς δὲ σατράπλω μὲ αὐτὸν ἀπέφηνε σὺν ἀφανῶν ἐθνῶν. κατέλεξε δὲ τοῖς δημοσίᾳ ἱππεύουσι. nec vero ferendi viri doctissimi, qui duobus illis locis τὸ δημοσίᾳ ἱππεύειν publicis uti veredis accipiunt, ut non aliud illis concessum sit ab imperatoribus quam jus vehendi publicis equis. nunquam enim

detulit: [1] octavo ætatis anno in Saliorum collegium retulit. In saliatu omen accepit imperii. [2] Coronas omni-

enim δημοσίᾳ ἱππεύειν dixerunt Græci, publicum cursum usurpare. Nam δημοσίᾳ ἱππεύειν est equo publico merere: quod magno beneficii vel potius honoris loco donabatur ab imperatoribus, ut ex illis Philostrati locis patet quæ supra produximus. & δημοσίᾳ ἱππεύοντες apud eumdem sunt equites Romani, in Adriano Sophista: φανεὶς δὲ ἐν τοῖς τῶν σκηνῶν τῶν ἀκροάσεως αἰγέλαι, ἐξανίστατο μὲν ὑπὸ τῶν συγκλήτου βουλῆς, ἐξανίστατο δὲ τῶν δημοσίᾳ ἱππευόντων. ubi οἱ δημοσίᾳ ἱππεύοντες sunt equites, ut οἱ ὑπὸ τῶν συγκλήτου βουλῆς, sunt Senatores. sic δημοσίᾳ ἱππεύειν dicuntur equites, & illorum δημόσιος ἵππος dicitur. sicut autem aliquis consularibus ornamentis esse dicitur cui consularia ornamenta delata sunt: ut *homo consularibus ornamentis*: sic homo equo publico sexcenties appellatur in antiquis inscriptionibus, pro *equo publico ornatus*. exempli gratia: *Demetrius equo publico. Marcellus equo publico.* omisso verbo, ornatus vel honoratus. & in hac Tarraconensi: L. DOMITIO. DENTONIANO. IVDIC. DEC. V. EQVO. PVBLICO. PER. TRAIANVM. IIVIR. MVNIC. &c. pro equo publico ornatus per Trajanum. quod genus locutionis notandum duxi.

CASAUBONUS.

1 *Octavo ætatis anno in Saliorum collegium retulit.*] Soliti enim in hoc Martis sacerdotum collegium patricii juvenes cooptari patrimi & matrimi. Ferè autem nobilis juventus ad honores per sacerdotia adibat. Claudius in oratione Lugdunensi: *Vestini libri fruantur, quæso, primo sacerdotiorum gradu: postmodo cum annis promoturi dignitatis suæ incrementa.*

2 *Coronas omnibus in pulvinar ex more jacientibus.*] Salii die festo ancilia per urbem gestabant apicati, & caput coronati: eam coronam mox conditis ancilibus, in pulvinar conjiciebant, ubi Martis simulacrum. ita enim soliti jactu floris modò serti, modò soluti, suos deos honorare. Dionysius Halicarnasseus, qui libro secundo, habitum Saliorum accuratè describit, coronæ non meminit: utpote solennis gestaminis, in sacris fermè omnibus & Græcorum & Romanorum.

SALMASIUS.

2 *Coronas omnibus in pulvinar ex more jacientibus.*] Salii coronas jaciunt in pulvinar Dei sui, quod non ex alio discas auctore. sed & in reliquorum divorum pulvinaria & statuas jaci coronas & flores omne genus notius est quam ut pluribus debat indicari, diebus præsertim festis. ideoque in cultu deorum inter alia στεφάνους etiam ponit Justinus Apologetico: ὥστε μόνον ἐγκαλεῖν ἡμῖν ἔχετε, ὅτι μὴ τοὺς αὐτοὺς ὑμῖν σέβομεν θεούς, μηδὲ τοῖς ἀποθανοῦσι χοὰς καὶ κνίσσας καὶ σὺν γραφαῖς στεφάνους καὶ θυσίας φέρομεν. sed quinam illi sunt, σὺν γραφαῖς στέφανοι? vox illa quidem pictas vel per picturam expressas corollas sonat. sed quales illæ, dum alius quæret, interea legam: σὺν ῥαφαῖς στεφάνους. ita vocat eleganter Justinus sutiles coronas. σὺν ῥαφαῖς dixit pro ῥαπτοῖς. sic marmora in exemplis, pro exemplata vel figuris ornata, & pocula in gemmis pro gemmata. Anastasius & nescio quis ἄρτους σὺν τύποις, formis vel figuris impressos. coronas ejusmodi sutiles, ῥάμμαγα, ἄνθινα vocat Hesych. τρόνα, inquit, ἀγείλμαγα, ῥάμμαγα, ἄνθινα. unde suere corollas Tertulliano de Pallio: *vetus jam Hydræ Centaurorumque sanguis in sagittis pumice spiculi excludebatur, insultante luxuria ut post monstra transfixa coronam forsitan suerent.* quem locum nemo unquam interpres

omnibus in pulvinar ex more jacientibus, aliæ aliis locis hæserunt; [1] hujus, velut manu, capiti Martis aptata est. [2] Fuit [3] in eo sacerdotio & præsul & vates & magi-

pres pejus accepit, quam qui nuper commentarium libellum cum glossis in illud opusculum vulgavit. Spiculum Tertullianus vocat acum matronalem, qua suebantur corollæ. Tunc apud Omphalem Herculis sagittas illius acus vel spiculi matronalis ministerium obiisse dicit in suendis coronis, postquam detersæ essent ab hydræ centaurorumque sanguine quo squallebant sordebantque, ut sic coronam suerent quæ olim monstra transfixissent. sed ad ipsum Pallium plura de illo loco diximus quæ heic non repetam. Suere igitur coronam Tertulliano. unde sutilis corona, ῥαπτὸς στέφανος vel σὺν ῥαφαῖς στέφανος, ut loquitur Justinus. Martiali rosa sutilis.

Sutilis aptetur rosa crinibus ——

hoc est corona sutilis ex rosis. atque hæc præter rem, sed obiter, dicta sunto.

1 *Hujus velut manu, capiti Martis aptata esset.*] Hujus loci sensus est. cum coronæ quæ à Saliis jaciebantur in pulvinar Martis, fortuitu vel in hanc vel in illam partem caderent, atque aliis aliæ locis hærerent, illam quam jecit Marcus, in caput Martis sic cecidisse atque hæsisse, ac si manu illam aptasset atque imposuisset, non vero jecisset, ut tunc factum erat, de longinquo. atque hinc factum omen imperii Marco.

CASAUBONUS.

2 *Fuit in eo sacerdotio & præsul & vates & magister.*] In voce *præsul* quæ sæpe Latinis generaliter omnem προεστῶτα notat, heic κυριολογία est: nam propriè *præsul* sive *præsultor* princeps Saliorum dicitur, ὁ ἐξάρχων τῶν ὀρχηστῶν. *Vates* is erat in Saliorum collegio, ad quem pertinuit cura carminum saliarium & axamentorum. *Magister*, commune nomen omnium προεστώτων cujuscunque collegii sacerdotalis. nam quos Græci ἱερεῖς, ἱεροδιάκονοι, ἀρχιγάλλοι aut similibus vocibus designant, Latini magistros sui ordinis nuncupant: & ἱερωσύνην, *magisterium sacerdotii*. Suetonius in Caligula. & *magistros fungi in Collegio sacerdotum Minervæ*. apud eundem in Domitiano: ἱεραρχεῖσθαι σὺν τοῖς ἱεροῖς τῆς Ἀθηνᾶς. Corrige Plutarchi codices in hac voce, & scribe in commentario de Iside & Osiride, τίνα μᾶλλον ἢ σε γελοῖον ὦ Κλεὰ δὴ προσῆκόν ἐστιν, ἱεραρχοῦντα μὲν ἤδη σὺν Δελφοῖς τῷ Θυάδων, τίνι δὴ Ὀσιριακοῖς καθωσιωμένῳ ἀπὸ παιδὸς καὶ μητρός; magistrum Baccharum vocat Θυάδων ἱερεῖαν.

SALMASIUS.

3 *In eodem sacerdotio & præsul & vates & magister.*] Distinguit hæc tria in saliatu munera Capitolinus, Prælis, Vatis & Magistri. & præsul quidem est, quem *prosaltorem* Glossæ veteres vocant. *prosaltor*, ὁ σὺν τοῖς ἱερεῖσι προορχούμενος. quem perperam mutarunt in *præsultorem*. nam *prosaltorem* legisse Vocabularii auctorem patet ex serie litterarum: *Prosultor*, *prosaltor*, *prosa pexa tunica*. sic enim prosaltor, ut proludo & proludium. saltus est ὄρχησις, unde *saltus dotes* Manilio. & *saltor*, ὀρχηστὴς στελλίτωρ Dionysio. & *prosaltor*, προορχούμενος. Vates est ὑμνῳδός. omnes quidem erant ὑμνῳδοὶ & χορευταὶ Salii. sed ut inter χορευτὰς erat præsul, sic inter ὑμνῳδοὺς ille quem heic vatem appellat Capitolinus. Glossæ veteres: *Salior*. ὁ τὰ διοπετῆ ὅπλα ἱεροπρεπῶν, ὑμνῳδὸς, πτυστὴς. legendum, *Salius*. Vates igitur qui carmen canebat saliare, aut sal-

magiſter, & multos inauguravit atque exauguravit, nemine præeunte, [1] quòd ipſe carmina cuncta didiciſſet. Virilem togam ſumpſit quintodecimo ætatis anno, ſtatimque ei L. Cejonii Commodi filia deſponſata eſt ex Adriani voluntate. [2] Nec multò pòſt præfectus feriarum Latinarum fuit. In quo honore præclariſſimè ſe pro magiſtratibus agentem, [3] & in conviviis Adriani principis oſtendit. Poſt hoc patrimonium paternum ſorori totum conceſſit: quum eum ad diviſionem mater vocaret: [4] reſpondit, avi bonis ſe eſſe contentum: addens, ut & mater, ſi vellet in ſororem ſuum patrimonium conferret, [5] ne inferior eſſet ſoror marito. [6] Fuit autem ea vitæ indulgentia, ut cogeretur nonnun-

ſaltem qui præcinebat, ut præſaltor qui præſaltabat. ad omnes autem æque pertinuiſſe curam carminum & axamentorum, non ad unum ſolum, veriſimilius, immo verius eſt. Magiſter vero eſt ἔξαρχος, ad quem, puto, ſpectabat & inaugurandi & exaugurandi poteſtas. quod quidem tunc fecit Marcus, cum eſſet magiſter collegii, etiam nemine præeunte, cum cuncta & inaugurationis & exaugurationis carmina teneret.

CASAUBONUS.

1 *Quod ipſe carmina cuncta didiciſſet.*] Membranæ, *quo tempore carmina cunct.* quod facile ſit concinnare, niſi placeret vulgata.

2 *Nec multò pòſt præfectus feriarum Latinarum fuit.*] Legendum. *præf. Urb. feriarum Latinarum cauſſa fuit.* Cùm eſſet compendio ſcriptum *præf. Urb.* imperiti homines ſcripſerunt *præfectus*, omiſſa voce *Urbi.* deinde altera vox ſublata tanquam ſuperflua. Hæc ita eſſe & res ipſa & uſus Latinè loquentium evincit. nam puer ille patricius, qui proficiſcentibus conſulibus ad Latinas ferias in montem Albanum Urbi præficiebatur; neque fuit, neque aut dictus eſt, aut dici potuit, præfectus feriarum Latinarum; ſed contrà, Præf. Urb. Latinarum cauſſa: vel, ſacro Latinarum, ut loquitur Suetonius. & ſic Græci non ἀρχειν vel ἐπιμελεῖσθαι τῆς ἀνοχῆς, ſed πολιαρχεῖν ἐν ταῖς ἀνοχαῖς. ita ſemper Dio ubique.

3 *Et in conviviis.*] Regius, *in convivio.*

5 *Ne inferior eſſet ſoror marito.*] Numidio Quadrato. Natus ex hoc matrimonio Numidius Quadratus: de quo paullò pòſt Capitolinus: *bonorum maternorum partem Numidio Quadrato ſororis filio, quia illa jam mortua erat, tradidit.*

SALMASIUS.

4 *Reſpondit.*] Palatinus: *reſpondit-que.* ſic igitur hunc locum ſcribe & diſtingue: *poſt hoc patrimonium paternum ſorori totum conceſſit, quum eum ad diviſionem mater vocaret, reſponditque aut bonis ſe eſſe contentum.* nec ſecus Mediolanenſis editio. ut ſic gemina auctoritate nitatur hæc lectio.

GRUTERUS.

6 *Fuit autem ea vitæ indulgentia.*] Scio quomodo hæc alii interpretentur: inclinat tamen animus ſuſpicari, ſcriptum primitus *ea vitæ inindulgentia*, ſyllaba repetita. indulget vitæ, qui ei ſufficit quod debet: non indulget, qui ita ſe macerat ut peccet in valetudinem.

6 *Fuit*

nunquam vel [1] in venationes pergere, vel in theatrum descen-

CASAUBONUS.

6 *Fuit autem ea vitæ indulgentia, ut cogeretur nonnunquam vel in venationes pergere.*] Scio virum eruditione clarissimum censuisse hæc verba esse corrupta: à cujus judicio, etsi ægrè, discedo tamen hoc loco. *Indulgentia vitæ* Capitolino dicitur, quæ Platoni εὐαρμοστία τῶν τρόπων, facilitas morum, per quam alienæ voluntati nos accommodamus sæpiùs quàm nostræ. vitia huic virtuti contraria sunt αὐθάδεια & ἰσχυρογνωμοσύνη, sive pertinacia: cùm aliquis quod vult, vehementer vult, & sic, ut dimoveri non possit. Rara laus in ea præsertim fortuna & ætate, qua fuit tum Marcus: potuisse illum suorum omnium voluntatibus se συγκαταβιβάζειν, quasi careret propria. Similis est in Græcorum martyrologiis laudatio Nicolai Cretensis, adolescentis probissimi, qui in virum mox evasit maximum. dicitur hic Theodoro Monacho ita se submisisse, ejusque voluntati adeò per omnia obtemperasse, καθάπαξ εἴ τις ἀθελήτου ἀνθρώπου ἦν, τὸ γε εἰς αὐτὸν ἥκον, πόρρω καὶ μακρὰν τῶν οἰκείων θελημάτων γινόμενον· ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰς ἐφεξῆς μικρός τε καὶ μεγάλας τοῦ αὐτοῦ ὑπείθειαν καὶ ὑπακοὴν πράως μὲν τὸ ἦθος φορούμενον συχνὴν ἐπεδείκνυεν, οἷόν τις ἄψυχον ἀνδριὰς ἐστηλωμένον τῷ θείῳ φόνῳ πρὸς ἄπαντας. quam vocat Capitolinus vitæ indulgentiam, Græcus scriptor, ὑπείθειαν καὶ ὑπακοήν. Pro illis, *in venationes pergere*, regius præfert, *venationem spatiari*. credo, pro *spectare*. malo quod editum: & refero ad veram venationem, non amphitheatralem, propter sequentia; ne bis idem dicat.

SALMASIUS.

6 *Fuit autem ea vitæ indulgentia.*] Ita scriptum in omnibus quos vidi libris. Palatinus tantum vocem, *ea*, non habet, in quo sic legitur: *fuit autem vitæ indulgentia.* Doctissimus Lipsius legebat olim, *diligentia.* quod merito non probat vir alter longe longeque doctissimus. cui & nos assentiri cogimur. quid enim esset, *vitæ diligentia?* sed idem *unicæ* pro *vitæ* reponebat. at diligentiam absolute poni pro assiduitate circa studia, nemo est tam tiro in studiis & litteris qui probare possit. indulgentiam igitur heic accipimus non ὑπείθειαν solum & ὑπακοήν. nam qui sunt ejusmodi ingenio nati facili & obsequenti, sequuntur ducentes, & dicta libenter audientes se præbent. at aliquid plus per indulgentiam voluit indicare Capitolinus: quæ tanta in Marco fuerit, ut etiam contra animi sui voluntatem & propositum cogeretur quædam facere. & hæc δυσπειθεία est quum instantes amicos & actios urgentes repellere non possumus, & vinci patimur: ac nihil tam firmum certumque animo habemus quin labefactari flectique possit, & mutari precibus aut monitis eorum qui id exigunt, atque ita voluntate nostra cogimur. quo vitio laborasse videtur Marcus, etsi id purgare serio conatur auctor iste qui verecundum fuisse sine ignavia contestatur: & tamen fatetur infra, *quamvis esset constans, fuisse tamen verecundum.* Nam qui ejusmodi sunt, facile se de sententia sua demoveri deducique patiuntur, atque adeo cogi & δυσπειθεῖς possunt. indulgentiam ergo δυσπειθίαν heic interpretamur. nam δυσπειθεῖσθαι est exorari. qui facile exorantur, iidem & ad indulgentiam proni, nec sui sed aliorum arbitrii sunt, torique in aliena potestate versantur.

1 *In venationes pergere.*] Sic Palatinus & vetus editio. nec sequor illos codices qui habent, *in venationem spatiari*: nihil enim illos boni continere certum est. quod vero referunt ad

descendere, vel spectaculis interesse. [1] Operam præterea

ad veram venationem eruditi viri, nullo modo probo. nam venationes non aliæ heic sunt intelligendæ quam amphitheatrales. nec enim venationem aut venationes nisi de amphitheatralibus dicunt isti auctores, nisi si venationem pro captura usurpent. dixisset igitur *venatum pergere*, si veram venationem intelligi voluisset. At bis idem dicit Spartianus: sequitur enim, *& spectaculis interesse*. sed ibi spectacula proprie sunt circensium spectacula. Non libenter autem spectabat Marcus aut amphitheatrales venationes, nec ludos scenicos, nec Circenses. itaque cogebatur illis aliquando interesse, &, ut erat summæ levitatis & facilitatis atque indulgentiæ, cogentibus se manum dabat. Venatum vero unice amabat, & sæpe venatus est, ut opus non habuerit ad eam rem cogi, quam & frequenter faceret, & facere adfectaret. *in venationes pergere*, est ad venationes amphitheatrales ire & illis interesse. venationes enim hoc numero plurium dicebantur. in Heliogabalo: *stravit sibi triclinium in summo lusorio, & dum pranderet, noxios & venationes sibi exhibuit*. sic & alibi. Venationem illa ætate nunquam dixerunt actum ipsum ut ita dicam venandi, sed venatum semper. Venatio autem erat id quod capiebatur in venatu, quam vulgo vocamus *venaison*. Hoc enim discrimen stricte illo tempore observarunt, nec illo tantum, sed etiam meliori. Nam ita semper apud elegantissimum Celsum. lib. I. cap. VI. *venatio durique pisces & ex domesticis animalibus assa caro maxime juvant*. & passim sexcentis locis apud eumdem: nunquam enim aliter utitur. Venatio igitur est ferina.

CASAUBONUS.

1 *Operam præterea pingendo sub Diogneto magistro dedit.*] Ego non dubito Diognetum hunc esse, à quo didicisse ait Marcus τὸ ἀκενόσπουδον, ne vana pro seriis amplecteretur, falsa pro veris: qui error omnibus seculis maximam humani generis partem occupavit: & ne facilè iis crederet, quæ de diis homines γόητες & περατολόμοι fingere soliti. Nemini potiùs quàm pictori hujus πλάνης agnitio conveniebat. norat enim pleraque eorum quæ de diis vulgò crederentur, ad libidinem pictorum inventa primò; ridiculè postea fidem invenisse apud homines quà superstitiosos, quà veritatis incuriosos. Verè Josephus altero contra Appionem libro, de gentium πολυθεΐα loquens. πολλῆς ᾖ, inquit, καὶ ζωγράφοι καὶ πλάσται, τὸ εἰς τὸν πλῆθος τῶν Ἑλλήνων ἀπήλαυσιν ἐξουσίας, αὐτὸς ἕκαστος ἰδίᾳ μορφῇ ἐπινοῶν, ὁ μὲν ἐκ πηλοῦ πλάττων ὁ ᾖ γράφων.

SALMASIUS.

1 *Operam præterea pingendo sub Diogneto dedit.*] Pictorem hunc Diognetum oportet fuisse, sub quo pingendi artem didicerit Marcus. Meminit Diogneti Marcus de vita sua, sed à quo non picturam se didicisse dicit, sed τὸ ἀκενόσπουδον καὶ τὸ ἀπιστηλικὸν τοῖς ὑπὸ τῶν περατολόμων καὶ γοήτων ἀποπομπῆς καὶ τῶν ποιητῶν λεγομένοις. Non jam igitur ille pictor sed philosophus: unde enim pictori illa docere quæ non sunt artis suæ? nec possum accedere viri doctissimi sententiæ qui non dubitat hunc eumdem Diognetum fuisse pictorem. nec enim alii potius convenire quam pictori præstigiarum hujusmodi reprehensionem. At ego pictori id convenire qui non aliud sit quam pictor, non magis arbitror, quam fictori aut cujuslibet alterius artis magistro. Nec enim ad deorum opinionem aut ea quæ de diis creduntur vulgo, quæque ad pictorum arbitrium, ex ingenio cujusque inventa primo, mox

terea pingendo sub magistro Diogneto dedit. [1]Amavit pugilatum, luctamina, & cursum, & aucupatus. & pila lusit apprimè, & venatus est. [2]Sed ab omnibus his intentionibus studium eum philosophiæ abduxit, seriumque & gravem reddidit: non tamen prorsus abo-

propagata fidem de iis apud homines confirmarunt, pertinet ille Marci locus, sed ad magicatum incantationum præstigias & ludibria, quibus fidem nullam adjungi & accommodari debere Marcum docebat ille Diognetus. qua in re non pictoris officium faciebat scilicet, sed philosophi. Alius igitur omnino Diognetus ille Marci ab hoc pictore Diogneto Capitolini: sed & alibi ejusdem Diogneti meminit idem Marcus libro 1. ὡδὶ Διογνήτου, inquit, τὸ σκίμποδος καὶ δορᾶς ἐπιθυμῆσαι καὶ ὅσα διαῦπα τοῦ ἐκλωικῆς ἀγωγῆς ἐχόμενα. at σκίμπους καὶ δορὰ nihil ad pictorem vel picturam attinent, sed ad Philosophum proprie: nam in his lectulis pelle instratis studebant philosophi, & meditabantur. quid igitur dicemus? hunc Diognetum pictorem fuisse simul & philosophum? potest hoc dici. possunt etiam diversi esse & hic sub quo dedit operam picturæ Marcus, & ille cujus ipse meminit, & à quo se τὸ ἀκενόσκοπον didicisse profitetur. Palatinus *Diogenetum* heic legit, non *Diognetum*. & ita etiam princeps editio.

CASAUBONUS.

1 *Amavit pugilatum, luctamina, & cursum.*] An ut spectaculo pugilum, luctatorum & cursorum se oblectaret? an potius ut iste illa omnia faceret, exercendi corporis? hoc verius. in Vero ait Capitolinus: *amavit venatus, palæstras, & omnia exercitia juventutis.* Et auctor est Galenus Ὑγιεινῶν libro sexto, Antoninum curandi corporis fuisse admodum studiosum: certamque vitæ rationem constantissimè tenuisse: cùm eadem semper hora ad palæstram accederet, distringeretq e se. ὁ γὰρ. sit, οὐ ἰσυδὸν ἀπηκρεβῶν ἐπιμορφίᾳ τοῦς τῶν ἐπιμελῶν ἐπιμέλειαν ἀφικόμενος ἀγωνιῶν, οὐ παῖς μακρᾶς ἡλικίας ἡλίου δυσὶ εἰς τὴν παλαίστραν παρεγίνετο, καὶ δὲ τὰς μεγίστας ἐρεθ' ἢ τὸ πλεῖστον ἰ. Hinc intelligimus illa verba Marci è lib. primo dictis obscura: σὺν οὐ ἀωρεὶ λουσῆς. nam id significat quod ait Galenus: lavisse semper hora balneari, & sibi commoda, & iis qui circa ipsum: quod etiam Galenus ibidem scribit. De toto hoc studio suo curandi corporis hæc ibidem sapientissimus imperator: ὡδὶ δὲ ἰδίου παῖδος τοῦ ἰδίου σώματος ἐπιμελήσεσθαι ἐμμίσεως ὅπε ὡς ἂν φιλόζωος, ὅπε τοῦς κοσμοπισμοῦς, ὅπε μὴ ὀλιγώρως· ἀλλ' ἐπὶ τὴν ἰδίαν ἀφ' τοσοῦτον εἰς ὀλίγας ἰατρικῶν χρῆζειν τὴ φαρμάκων, καὶ ἐπιθυμοῦντων σὺν τῆς.

2 *Sed ab omnibus his intentionibus.*] Studiis & occupationibus. familiare verbum Plinio in epistolis.

SALMASIUS.

2 *Sed ab omnibus his intentionibus.*] Liber Palatinus: *intentionis.* forte *intentioris*, ut ad *Philosophiæ* referatur hoc modo: *sed ab omnibus his, intentioris studium eum Philosophiæ abduxit:* ut intentiorem Philosophiam vocet Stoicam, cui plurimum deditus Marcus, aut *intentius* studium. si cui placeat magis vulgatam lectionem retinere, per me licet retineat, ut intentio sit τοσοχὴ & studium. nihil igitur mutandum puto.

1 Suis

abolita in eo comitate, quam præcipuè [1] suis mox amicis atque etiam minùs notis exhibebat: quum frugi esset sine contumacia, verecundus sine ignavia, sine tristitia gravis. His ita se habentibus, quum post obitum L. Cæsaris Adrianus successorem imperii quæreret, nec idoneus, utpote decem & octo annos agens, Marcus haberetur, amitæ Marci virum Antoninum Pium Adrianus ea lege in adoptionem legit, ut sibi Marcum Pius adoptaret: [2] ita tamen ut & Marcus sibi Lucium Commodum adoptaret. [3] Sanè ea die qua adoptatus est Verus, in somnis se humeros eburneos habere vidit: [4] scisciatusque an apti essent oneri ferundo, solito reperit fortiores. Ubi autem comperit se ab Adriano adoptatum, magis est deterritus quàm lætatus: jussusque [5] in Adriani privatam domum migrare, invitus de maternis hortis recessit. Quumque ab eo domestici quærerent cur tristis in adoptionem regiam transiret, disputavit quæ mala in se contineret imperium. Tunc primùm pro Annio Aurelius cœpit vocari, quòd in Aureliam, hoc est Antonini, adoptionis jure transisset. Octavodecimo ergo ætatis anno adoptatus, [6] in secundo consulatu Antonini jam patris sui, Adria-

CASAUBONUS.

1 *Suis mox amicis.*] An igitur tunc amici illius non erant? imò erant: sed *mox amicos* appellat eos qui Marci imperantis dicti postea sunt amici, quòd cum illis consilia sua participaret, ut ad Hadrianum diximus. Si cum verbo jungas, duriusculum erit, *mox exhibebat*.

2 *Ita tamen ut & Marcus.*] Vide quæ notavimus ad Verum Cæsarem.

3 *Sanè ea die qua adoptatus est.*] Dio sic: καὶ περὶ τοῦ Καίσαρος ἀποθεικνυμένου, ὅταν ἔδοξεν ὤμους τε καὶ χεῖρας ἐλεφαντίνους ἔχειν, καὶ αὐτεῖς ὅσα τοῖς ἀνθρώποις χρῆται· Scribe, ὅσα τοὺς ἀνθρώπους. vel ὅσα τοῖς ἀνθρωπίνοις.

4 *Scisciatusque.*] Nove, pro expertus, πειρηπίσας, vel πεῖραν λαβεῖν θελήσας: neque enim heic est idem ac πεπειρασμένος.

5 *In Hadriani privatam domum.*] In qua privatus habitaverat.

6 *In secundo consulatu Antonini jam patris sui.*] Contendenti mihi vulgatas horum librorum editiones cum antiquis membranis, mirari sæpe subiit, unde illa tanta sit profecta diversitas, quam locis non paucis deprehendebamus. nam ut nihil dicam de scripturæ diversitate, quæ sine caussa passim variat, sententia interdum nihil mutata, interdum planè corrupta, in ipso rerum ordine & sententiarum incredibilem locis plurimis varietatem offendimus: maximè

[1] Adriano ferente, gratia ætatis facta, quæstor est designa-

mè autem in hac vita. nam quæ deinceps sequuntur ab hoc loco ad finem libri, sic diversa leguntur in regio codice, ut tota rerum hic narratarum series, atque adeò singularum ferè periodorum, aliter se in eo libro habeat quàm in editis: ut difficile sit in iis omnibus quæ deinceps habentur, aliquot periodos invenire utrobique eodem modo dispositas. Putabam sciolum aliquem, & fortasse illum ipsum qui hoc historiæ Augustæ corpus concinnavit, offensum Capitolini negligentia, (quæ & cuivis etiam æquo lectori stomachum est ubi moveat,) quæ ab auctore negligentiùs fuerant congesta, tentasse digerere, & velut novam historiam ipsis tamen Capitolini verbis, ivisse compositum. Atqui video pleraque omnia in deterius esse mutata: non quia sic disponi melius sit, sed temere, nulla certa ratione; imò contra certissimam ut plurimùm rationem: sicut isto loco: nam ita habent regiæ membranæ: *in secundo consulatu Antonini. Jam qui dicebant Marcum velle finiti belli gloriam sibi vendicare, &c.* translatis in alium locum, quæcunque in vulgatis habentur post illa *in secundo consulatu Antonini*, usque ad versum vigesimum paginæ vigesimæ sextæ: quæ nemo est tam stultus qui putet cum istis posse continuari. Quo igitur casu factum dicemus ut illa ordine tam perverso describerentur? quid ille marrucinus cogitabat, qui hæc ita disposuit? Adnotaverat Angelus Politianus in ora sui codicis ad extremam hanc vitam, hæc verba: *Vita hæc, ut ex aliis exemplaribus colligo, tota penè in hoc codice transposita est, & permutata: ita tamen ut desit nihil.* Alia illa exemplaria quæ eruditissimus vir laudat, vel è regio videntur fuisse descripta, vel ab eodem fonte & hoc & illa manasse. quanquam & regium potuit vidisse Politianus: nam Franciscus Magnus, princeps immortalitate dignissimus, capta Mediolano, non hoc solum exemplar, verùm quicquid ibi fuit antiquorum librorum, ceu pulcerrima & regi Musagetæ convenientissima spolia, in hanc regiam transportavit. Sed quod putavit Politianus commissas esse transpositiones in editionibus, quæ è scripta lectione sint emendandæ, apparet virum naris emunctissimæ in collatione horum codicum parum attentè versatum: nam in membranis omnia, ut diximus, ita φύρδην sunt interpolata, ut videri possint de industria sic corrupta. Sunt sanè in editis libris multa, in hac præsertim vita, alieno loco posita: sive ea culpa est auctoris; sive hoc fraude accidit librariorum: quorum similia flagitia etiam apud alios scriptores, & nobis & aliis pridem observata. Nos igitur cùm vitam principis tam boni, tam malè fuisse acceptam doleremus; non temperavimus, quin & memoriæ Marci & honori Capitolini, pro viribus consuleremus: totumque hunc librum verbis quidem Capitolini, sed judicio nostro retexeremus, & hoc mangonio scriptum antiquum faceremus novum. Eam lucubrationem, tam in studiosorum gratiam separatim, cum bono Deo, sumus edituri.

1 *Hadriano ferente, gratia ætatis facta.*] *Ferre* pro referre ad senatum & patres. Nam gratiam annariæ legis petitu Hadriani senatus fecit. sic Commodus fit consul venia hujus legis impetrata, inquit Lampridius: hoc est, Marco ferente, senatu decernente. Cæterùm eo tempore dicis tantùm caussa venia ætatis petebatur: nam disciplina vetus adeò hac parte conciderat, ut sæpe etiam minoribus viginti annis consulatus deferrentur, ut significat Ulpianus libro secundo De officio consulis.

1 *Quum-*

signatus. Adoptatusque in aulicam domum, [1] omnibus parentibus suis tantam reverentiam quantam privatus exhibuit. Eratque haud secus rei suæ quàm in privata domo [2] parcus ac diligens, pro instituto patris volens agere, dicere, cogitare. [3] Adriano Bajis absumpto, [4] quum Pius ad vehendas ejus reliquias esset profectus, [5] relictus Romæ, avo justa implevit: [6] & gladiato- 6

1 *Omnibus parentibus suis tantam rever.*] Hem! *omnibus*? tam multos igitur habuit Marcus parentes? Atqui patre qui genuerat pridem extincto, duos solos habuit parentis reverentia colendos, patrem Pium, & Hadrianum avum. mater & avi paternus ac maternus fato jam concesserant. Quinam igitur isti tot parentes? Si γονεῖς quæris præter quos diximus, nulli erant: sed nego vocem *parentis* ex usu veterum Romanorum debere heic accipi: verùm plane quomodo in idiotismo Gallico, Hispanico etiam & Italico, pro quibuscunque sanguine vel affinitate junctis usurpatur. sic & alibi horum librorum sæpe capitur. idem auctor in Maximino juniore: *Quum grammatico daretur, quædam parens sua libros Homericos omnes purpureos dedit, aureis literis scriptos.* Lampridius in Alexandro Severo: *Amicos & parentes Alexander si malos reperit, aut punivit; aut si vetus vel amicitia vel necessitudo non sivit puniri, dimisit à se.* Ambrosius de obitu fratris, loquens de illius virginali verecundia: *Si fortè,* ait, *aliquam subitò veniens offendisset parentem, velut depressus, rarus attollere os.* Sic accipiendum apud Vopiscum in Aureliano & Probo: apud Gregorium verò Turonensem & inferioris ævi scriptores, locis innumeris. Videor & apud Zenonem Veronensem Latinorum patrum elegantissimum, qui circa Deciorum tempora scribebat, hanc vocem ista notione observasse: nam in sermone de Lazaro suscitato ita scribit: *Post quatriduum Lazari lingua movetur, manus officio præparantur, oculi suis in orbibus currunt, vestigia gressibus explicantur, auribus renovatur auditus: acies dirigitur in parentes: cognitio redivivis obtutibus munerator.* nisi discedit Zeno à narratione Euangelistæ Johannis, *parentes* Lazari appellavit Mariam & Martham ejus sorores.

2 *Parcus ac diligens.*] Dio de Marco, οἰκονομικώτατ]ον ὡς ἀληθῶς υἱόν.

4 *Cùm Pius ad vehendas eius reliquias esset profectus.*] Hadrianus cùm postremùm Roma proficiscens Bajas peteret, Pium ad imperandum reliquit in Urbe. sed cùm remediis nihil proficeret, finem adesse sibi intelligens, Antoninum accersiit, ut in ejus conspectu moreretur: quod & factum esse scribit Spartianus: Capitolinus alios heic auctores sequitur.

SALMASIUS.

3 *Hadriano Bajis absumpto.*] *Bajas* in veteri Palatino scribendum: *apud Bajas.* sic in Hadriano: *in conspectu ejus apud ipsas Bajas periit.* Capitolinus in Antonino: *sed Hadriano apud Bajas mortuo.* Aurelius Victor Scothi: *neque multo post tabe apud Bajas interiit.*

6 *Et gladiatorum quasi privatus quæstor.*] *Et gladiatorium quasi privatus quæstor edidit munus.* ita legendum ex veteri codice.

GRUTERUS.

4 *Cum Pius ad advehendas ejus reliquias.*] Sic Pal. ut appareat ea syllaba absorpta, scriptum solummodo, *ad vehendas.*

CASAVBONUS.

5 *Relictus Romæ avo justa implevit.*] Si de Hadriano intelligit, cui per adoptionem nepos Marcus, mirum est, cur dicatur Marcus justa illi implevisse,

diatorium, quasi privatus quæstor, edidit munus. Post excessum Adriani statim Pius per uxorem suam Marcum scisciatus est: [1] & quum dissolutis sponsalibus,

se, quasi privatus quæstor. Deinde constat mortuo Hadriano funus factum esse primùm Puteolis; deinde autem Romæ, postquam eò advectæ ipsius reliquiæ. An igitur avum hic accipere debemus Annium Verum paternum Hadriani avum, cui paulò antè mortuo, justa nondum implevisset?

1 *Et quum dissolutis sponsalibus, quæ cum Lucii Ceionii filia desponderi voluerat.*] Jam antè diximus librariorum improbitatem eximiè grassatam esse in hoc libro: cujus rei insigne argumentum locus hic præbet, corruptus insigniter. quò enim referemus verbum *voluerat*? lege totam periodum: invenies nullam vocem cui innitatur hoc verbum. sed age, vitium codicis etiam Capitolino teste probemus. Integram sententiam editiones omnes, quibus non meliores sunt membranæ, ita concipiunt: *& quum dissolutis sponsalibus, quæ cum Lucii Ceionii Commodi filia desponderi voluerat impar adhuc ætati esset, habita deliberatione cogitare se velle dixit.* quæro quis ille sit de quo hæc verba, *impar adhuc ætati* (vel potius *ætate*: nam ita scribendum) *esset*, dicantur? omnino, ut hæc scriptura est, vel de Marco illa accipienda, vel de filia Lucii. atqui falsum utrumque: de neutro enim illorum sentiebat Capitolinus cùm ea poneret; sed de Vero qui cum Marco imperavit. Audiamus ipsius testimonium: scribit enim in illius vita: *Ab Hadriano Aurelio datus est adoptandus ea lege, ut filiam Pii Verus acciperet, quæ data est Marco idcirco, quia hic ad hoc impar videbatur ætate, ut in Marci vita expsuimus.* Vides non laudari solum istum locum: sed iisdem verbis repetitis, ejus sententiam indicari. Cùm igitur in hodiernis codicibus nulla hoc loco mentio facta Veri inveniatur: constat liquidò vulnus illis esse impositum, & voces aliquot ademtas. Deesse verò unum aut alterum vocabulum, acutus lector facilè concedet nobis, si observaverit, quod res arguit manifestissimè, binorum sponsaliorum heic fuisse factam mentionem: Marci cum Lucii filia, & Veri cum Pii filia Faustina. utrique Hadrianus fieri voluerat jusserat que: & tamen utraque post ejus obitum dissoluta voluntate Pii: qui ne temerè patris voluntatem videretur irritam fecisse, hanc caussam fato prætexuit, quòd Verus filiæ suæ nuptiis impar adhuc ætate esset. His positis nemo cui rite cor saliat negaverit, mutilum locum & conclamatum in pristinam sententiam his aut similibus verbis esse restituendum. *& quum dissolutis sponsalibus, quæ cum Lucii Ceionii Commodi filia* [*conrahere illam Hadrianus voluerat, Faustinæ illi offerretur, quòd Verus, cui eam Hadrianus*] *desponderi voluerat, impar adhuc ætate esset, de eo habita deliberatione cogitare velle scilicet dixit.* Audebo dicere, dextro Apolline manus interfecto loco à nobis admotas. nam membranæ nihil aliud nisi mendæ vetustatem arguunt. erat in iis & veteribus editis, *de habita deliberatione* scripsimus, *de eo habita del.* En igitur, Lector, ejus depravationis illustre exemplum, quam in antiquis scriptoribus tot locis deprehendimus: cum duarum periodorum similis sententiæ, & similium verborum, aut eorundem, altera ab oscitante librario prætermissa est. nec minùs illustre exemplum est, quod superiori subjiciemus, quia eodem ferè tempore utrumque nobis observatum: neque ullum est ad bene merendum de literis aut tempus alienum, aut locus. Extat Leonidæ optimi poëtæ inter Græcos epigrammatarios, venustum epi-

epigramma Ἀνθολογίας libro primo, titulo εἰς θεός: quo Mercurius inducitur de leonina societate conquerens, quæ sibi cum Hercule intercedebat. ambos rusticus aliquis σωρόνς fecerat, ut in eadem ædicula simul ambos coleret: vel fortasse etiam in simulacro eodem: qualia fuisse scimus Hermeraclarum. queritur igitur Mercurius de hac societate: cùm semper omnia quæ ambobus ponerentur, solus ille ἀδδηφάγος Hercules voraret. Ait inter cætera,

Ἄμφω μὲ θνάβοις δύκηοι, ἀλλά ποθ' αὐτὸς,
Αὐτῷ μοι ὠνθρωθεὶς ἀχρεάδας ἐσκέκαφεν.

hæc nullo modo cohærent. neque fuerit unquam aliquis adeò subtilis, qui hos duos versus rectè continuari mihi probet. Scimus quid Brodæus, Auratus, aliique eruditissimi viri tentarint: quorum emendationes dissimulando potius morbo faciant, quàm sanando. quanquam nihil video proferri, in quo jure aliquis acquiescat. Nos autem non dubitamus, idem genus mendæ hic commissum, atque in superiore Capitolini loco. duos nempe versus impurus librarius, propter aliquam vocum similitudinem, prætermisit. Sententiam poëtæ, si minùs ipsa verba, hoc modo restituimus.

Ἄμφω μὲ θνάβοις δύκηοι· ἀλλά ποθ' αὐτὸς
Ἀνθοι, ἁρπαλέης ὕνεκα τῶδε βίης.
Ὄστας γὰρ κοινῇ τὶς πάρθεν τοῖς δυσὶν, ὅτω
Αὐτῷ οἱ ὠνθρωθεὶς ἀχρεάδας ἐσκέκαφεν.

aliud agens librarius à voce αὐτὸς ad vocem ὅτω similibus locis positas transiliit, & integros duos versus prætervolavit. Sententia non minùs aperta quàm apta. Ad ferendam opem mortalibus, ait Mercurius, convenit facilè nostra amborum voluntas: cæterùm nobis inter nos parum convenit, propter rapinas hujus & violentiam: nam quicquid in commune ambobus aliquis apposuerit, id omne ille sibi apponit ac vorat. αὐτῷ οἱ, aut si vis αὐτῷ ἔοι, poëticum pro ἑαυτῷ. Homerus sæpe, οἱ αὐτῷ profectò aut hæc ipsa, aut non multùm ab his diversa scripserat poëta.

SALMASIVS.

1 *Et quum dissolutis sponsalibus.*] Pessime de hoc auctore meriti sunt, qui locum istum ad hunc quo legitur hodie modum, interpolaverunt. quod hominibus illis sollemne est qui ut quæque in scriptoribus non intelligunt, statim mutant & interpolant. proferamus igitur primum scripturam Palatini, cui & ex parte consentit editio Mediolani cusa, tum quid nos ex ea conjecturæ eliciamus, aperiemus. sic igitur ille codex optimus scriptum habet: *& cum dissolutis sponsalibus quæ cum Lucii Cejonii Commodi desponderi voluerat, impari adhuc ætate, habita deliberatione velle se dixit.* quam hæc sunt diversa ab editis, sententiam non minus diversam efficiunt. nam de filia Cejonii heic ne verbum quidem, & miror unde illa in hos libros irrepsit, cujus alta est vel oblivio & silentium apud alios auctores. sed ipse Capitolinus in vita Veri, cum hujus loci mentionem faceret, sic scripsit: *ab Hadriano Aurelio datus est adoptandus ea lege ut filiam Pii Verus acciperet, quæ data est Marco idcirco quia hic ad hoc impar videbatur ætate, ut in vita Marci diximus.* Hoc loco quem in manibus jam habemus, id scilicet dixit, quod dissimulabat tamen egregie edita lectio. Videamus igitur quemadmodum poterit constitui totus hic locus ad scripturæ veteris instar, ut non sibi ipsi disconveniat Capitolinus & ratio historiæ constet. ita legimus: *post excessum Hadriani statim Pius per uxorem suam Marcum sciscitatus est, & cum dissolutis sponsalibus quæ cum Lucio Commodo desponderi voluerat, impari adhuc ætate, habita deliberatione, velle se dixit.* Nihil omnino nobis permisimus licentiæ, nec tantillum discessimus à vestigiis veteris libri. & hic

bus, quæ cum Lucii Cejonii [1] Commodi filia desponderi voluerat, impar adhuc ætati esset, habita deliberatione cogitare velle se dixit. His ita gestis, [2] adhuc quæstorem & [3] consulem secum Pius Marcum designavit, & Cæsaris appellatione donavit: [4] & sevirum turmis equitum Romanorum jam consulem designatum creavit: & edenti cum collegis ludos sevirales adsedit, & in Tiberianam domum transgredi jussit, & aulico fastigio renitentem ornavit, & in collegia sacerdotum jubente senatu recepit, secundùm etiam consulem designavit, quum ipse quartùm pariter iniret. Per eadem tempora [5] quum tantis honoribus occuparetur, & quum formandus ad regendum statum reipub. patris actibus interesset, studia cupidissimè frequentavit. Post hæc Faustinam duxit uxorem, & suscepta filia, tribunitia potestate donatus est, atque

horum verborum sensus est: Verus qui Lucius Commodus erat priusquam à Marco adoptatus est, quum ab Hadriano Aurelio datus esset adoptandus, & ea quidem lege ut Pii filiam Lucius Commodus acciperet, cum mortuo Hadriano impar ætate videretur ad hoc matrimonium, data est Pii filia Marco quam Hadrianus Vero dari voluerat. ita igitur hæc procedunt: post excessum Hadriani Pius per uxorem suam Marcum scisitatus est, & eum habita deliberatione velle se dixit, dissolutis sponsalibus quæ cum Lucio Commodo desponderi voluerat, Hadrianus scilicet, post cujus mortem hæc fiunt præter ipsius voluntatem. ut exploraret voluntatem Marci, Pius per uxorem eum tentavit quid animi haberet de hac conditione, & eum velle se dixit potius quam Verum cujus erat impar ætas ad hoc matrimonium. *eum velle se dixit*, generum scilicet, & ita infra locutus est.

GRUTERUS.

1 *Commodi filia desponderi voluerat, impar adhuc ætati esset, habita deliberatione cogitare, &c.*] Locus verè interfectus. Palatinus Codex non agnoscit vocem *filia*, habetque *impari adhuc ætati*, excluditque præterea verbum *cogitare*. videantur notæ Casauboni nostri.

CASAUBONUS.

2 *Adhuc quæstorem.*] Hoc notat, quia contra veterem disciplinam: cùm neque magistratus continuare fas esset: neque à quæstura ad consulatum ascenderetur, sed ad præturam.

3 *Consulem secum Pius Marcum designavit.*] Cùm quidem Pius tertium, Marcus primum consulatum unà egerunt.

4 *Et sevirum turmis equitum Ro.*] Inscriptio vetus, VI. VIRO. EQVIT. ROMAN. TVRM. & cum adscripto turmæ numero. Lapis alius. VI. VIR. EQVIT. ROM. TVRMÆ. PRIMÆ. Erant sevini distincti in seniores & juniores: quod ex aliis lapidibus cognoscimus.

5 *Quum tantis honoribus occuparetur.*] Malim scribi, *oneribus*: ut jam antè indicavimus.

1 *Atque*

[1]atque imperio extra urbem proconsulari [2]addito jure quin-

SALMASIUS,

1 *Atque imperio extra urbem Proconsulari.*] Vana illa adjectio *extra urbem*, nam imperium Proconsulare extra urbem tantum fuit: intra urbem nullum Proconsulis imperium. ideoque aliis locis hoc non addunt. supra in Antonino Pio: *factusque est patri & in imperio Proconsulari, & in tribunitia potestate collega.* & ita alibi passim apud alios. Augustus non contentus perpetua dictatura, omnium populi Romani magistratuum, & qui intra urbem, & qui extra urbem imperium haberent, titulis & insignibus ornari & muniri voluit. inter quæ non omisit proconsulare imperium. quod postea sequentes imperatores etiam usurparunt, quibus semper honoris gratia proconsulare imperium delatum est, & tam Cæsaribus quam Augustis, solebat dari. Tacitus lib. 1. Annal. *At Germanico Cæsari proconsulare imperium petivit, missique legati qui deferrent.* sed hæc nota sunt. Josephus Scaliger in epistolis inter postuma ejus publicatis nescire se fatetur quare Severus, filius ejus Caracalla, Antoninus Heliogabalus, Alexander Mammeæ, Macrinus, Aurelianus sæpissime in veteribus inscriptionibus Proconsules vocentur. rem tamen non valde obscuram nec nimium scitu difficilem vir summus ignorasse videtur. nam ab hoc imperio proconsulari quod ipsis à Senatu deferebatur, proconsules dicti. itaque hoc imperium proconsulare quo donabantur Augusti, proconsulatus honorem vocat Capitolinus in Vero: *dato igitur imperio & indulta Tribunitia potestate, proconsulatus etiam honore delato Verum vocari præcepit.* quibus igitur hic proconsulatus honos delatus, non mirum & eos proconsules fuisse appellatos. & istum quidem proconsulis titulum ex imperatoribus ante Antoninum Pium qui usurparit, neminem invenio: etsi omnes jam inde ab Augusto imperio proconsulari donati sint. falsissimum vero quod alius vir magnus scripsit, in veteribus inscriptionibus sex tantum inveniri, qui proconsules nominentur, & Severo quidem antiquiorem nullum ita nominari. Nam & Marcus Antoninus, & Commodus, & Verus, & Gordianus, & Valerianus & Gallienus & reliqui omnes ita passim in veteribus saxis inscribuntur. tantum abest ut ante Severum non reperiantur qui hoc nomen usurparint, aut non plures quam sex fuerint, quibus hic titulus in antiquis operum epigrammatis adscribatur. proconsules autem dictos imperatores quibus imperium proconsulare delatum esset, adeo dubitatione caret, ut mirer fuisse qui hoc mirati sint. in Dionis fragmentis ab Ursino editis de Heliogabalo: καὶ ἐν μὲν τῇ πρὸς τὸν βουλὴν ἐπιστολῇ, τοῦ τε πρὸς δῆμον γράμματος καὶ αὐτοκράτορα καὶ Καῖσαρα, ὃ τε Αντωνῖνος ὑὸν, καὶ ὃ Σεουήρου ἔγγονον, εὐσεβῆ τε καὶ εὐτυχῆ καὶ αὔγουστον καὶ ἀνθύπατον τοῦ τε ἐξουσίου τοῦ δημαρχικοῦ ἔχοντα αὐτὸν ἐνέγραψεν. Proconsules igitur Augusti, quibus jus & imperium proconsulare dabatur: non ut quidam magister nobis persuadere voluit, in notis ad Tertulliani Pallium, principes dictos esse proconsules iis annis quibus alii suffecti eis consules. quo nihil absurdius dici aut fingi potuit. ut proconsules autem Augusti ab illo proconsulari jure, sic iis quos proconsules in provincias populi sortito mittebat senatus, jus proconsulare accipere dicebantur à senatu. Trebellius in Triginta tyrannis: *simul etiam Gallieni factum, qui quum Theodoto vellet imperium proconsulare decernere, à sacerdotibus est prohibitus, qui dixerunt fasces consulares ingredi Alexandriam non licere.* sic jus prætorium decerni dicebatur præsidibus, qui prætores vel pro prætore provincias erant admini-

re quintæ relationis : tantumque apud Pium valuit ut nunquam quenquam sine eo facilè promoverit. [1] Erat autem in summis obsequiis patris Marcus, quamvis non deessent qui aliqua adversum eum insusurrarent, [2] & præ cæteris [3] Valerius Omulus : qui quum Lucillam matrem Marci in viridario venerantem simulacrum Apollinis vidisset, insusurravit [4] *Illa nunc rogat ut diem tuum claudas, & filius imperet.* quod omnino apud Pium nihil valuit : tanta erat Marci probitas, & [5] tanta in imperatorio principatu mode-
7 stia. [6] Æstimationis autem tantam curam habuit, [7] ut & procuratores suos puer semper moneret nequid arrogantiùs facerent, [8] & hereditates delatas reddens proxi-

straturi. Vopiscus in Probo de senatu: *proconsules crearent, legatos proconsulibus darent, præsidibus in prætorium darent.* de quo dicturi sumus ad illum locum.

CASAUBONUS.

2 *Addito jure quintæ relationis.*] De hoc jure diximus ad Suetonium libro primo, cap. xx.

1 *Erat autem in summis obsequiis patris Marcus.*] Loquendi genus insolens, *esse in obsequiis summis alicujus*: cui nonnihil affine, quod apud Luciferum observabamus, *repræsentare se alicui in obsequiis*: in libro, De non parcendo in Deum delinquentibus: *Nam quia dicis debere nos tibi obsequia, scito quia non tibi soli, sed & omnibus nos in sublimitate degentibus repræsentandi iis esse novimus debitores.* sic scribo, non *repræsentantibus*: quod exponi non videtur posse. ita dictum, ut *esse in amore alicui*, & *imperare in amore omnium*, quomodo loquitur alibi Capitolinus.

3 *Valerius Omulus.*] Vel *Omollus.* vide ad Pium.

4 *Illa nunc rogat, ut diem tuum claudas.*] Apud tyrannos & vota crimina sunt. Oenanthe Agathoclis apud Polybium plena irarum exclamat libro xv. καλῶς ὑμᾶς γινώσκω, διότι καὶ φορεῖτε ὑμεῖς σύμπαντα, καὶ τοῖς θεοῖς εὐχόμεθα τὸν δυσχερέστερον καθ' ἡμῶν. & Caligula *opinans sibi exules suos mortem imprecari, misit circum insulas, qui universos contrucidarent*, ait Suetonius.

5 *Tanta in imperatorio principatu modestia.*] Atqui nondum imperator erat Marcus, sed solùm Cæsar. verùm ita locutus, quòd jam tum futuri imperii certam in spem venerat. Sed alii libri pro *principatu* scribunt *participatu*: quæ vox & alibi in his libris extat.

6 *Æstimationis autem.*] Melius libri, *Existimationis.*

7 *Ut & procuratores suos semper moneret.*] Trajectio est in verbis commissa : nam ita accipiendum : *ut & puer procuratores s.*

GRUTERUS.

2 *Et præ cæteris Valerius Omulus.*] Pal. *Omullus*, fortasse melius.

6 *Existimationis autem tantam curam habuit.*] Est à Palatino nostro. nam prius editi, *Æstimationis*, quod hoc minus quadrare, indicatum & ab aliis.

SALMASIUS.

8 *Et hereditates delatas reddens proximis aliquando respuerit.*] Immo potius debuit:

proximis aliquando respuerit: denique per viginti & tres annos in domo patris ita versatus, ut ejus quotidie amor crescceret: [1] nec præter duas noctes per tot annos ab eo mansit diversis vicibus. Ob hoc Antoninus Pius quum sibi adesse finem vitæ videret, vocatis amicis & præfectis, ut successorem eum imperii omnibus commendavit atque firmavit, [2] statimque signo Æquanimitatis tribuno dato, Fortunam auream quæ in cubiculo solebat esse, ad Marci cubiculum transire jussit. Bonorum maternorum partem [3] Mummio Qua-

debuit: *& hereditates delatas respuens proximis aliquando reddiderit.* Hoc enim vult, Marcum sibi delatas hereditates respuisse & proximis reddidisse.

1 *Nec præter duas noctes ab eo mansit diversis vicibus.*] Non audio virum doctissimum emendantem: *ab eo emansit.* nam eundem sensum præstat lectio vulgata, *ab aliquo manere*, est amanere, nam id amanere proprie significat, nempe ἀπηωιτεῖν. Glossæ veteres: *amansit*, ἀπεκοίτησεν. & alibi; ἀπηωιτεῖ, *amanco.* igitur, *manere ab aliquo*, est amanere. dicebant etiam *emanere* & *eminere* pro eodem. eædem glossæ: *eminens*, ἀπέκοιτος. ληστής. *emansiones*, συνοικισμοὶ, ἀπέκοιτοι. ubi nota emansiones ἀπόκοιτος exponi. *emansiones* igitur pro emansores. ut *rebellio* pro rebelli. *emansio*, παννυχισμός. & *emanere* παννυχεύειν. quod valde observatum velim. pervigilia enim emansiones dicebantur, quod qui pervigiliis alicujus dei operabantur, domo secubabant & emanebant, vel amanebant. nam *manere* pro cubare dicebant. hinc amanere & emanere est secubare. Seneca lib. III. de benef. cap. XV. *quam invenies tam miseram, tam sordidam, ut illi satis sit unum adulterorum par? nisi singulis divisit honoris, & non sufficit dies omnibus? nisi apud alium gestata est, apud alium mansit?* quem locum male sollicitant quidam, alii male interpretantur. manere apud aliquem est cubare. apud Suetonium: *apud aliquem ex amicis mansit.* idem in Octavio: *matutina vigilia offendebatur: ac si vel officii vel sacri causa maturius evigilandum esset, ne id contra commodum faceret, in proximo cujuscumque domesticorum cænaculo manebat.* id est cubabat. idem in eadem vita: *ac per annos amplius quadraginta eodem cubiculo æstate & hyeme mansit.* id est cubavit. in Seneca igitur, *apud alium mansit*, non est cænæ tempore mansit, sed per noctem fuit, & cubavit. τὸ *apud aliquem manere* contrarium est, *ab aliquo manere*, quod heic habemus.

2 *Statimque signo Æquanimitatis dato.*] Ita supra loquutus in Antonino: *signum tribuno æquanimitatis dedit.* ubi vide quæ notamus.

CASAUBONUS.

1 *Nec præter duas noctes ab eo mansit.*] Scribe *emansit.* translatum à militari disciplina. Notum qui dicantur emansores in jure. idem est *decubare* apud A. Gellium libro X. cap. XV.

3 *Mummio Quadrato.*] Scripti, *Muninio.* scribendum, *Numidio*, aut *Numio.*

GRUTERUS.

3 *Mummio Quadrato sororis filio.*] Haud aliter idem noster Palatinus.

1 *Im-*

Quadrato ſororis filio (quia illa jam mortua erat) tradidit. Poſt exceſſum divi Pii à ſenatu coactus regimen publicum capere, fratrem ſibi participem in imperio deſignavit: quem *Lucium Aurelium Verum Commodum* appellavit, Cæſaremque atque Auguſtum dixit, atque ex eo pariter cœperunt rempublicam regere. Tuncque primum Romanum[1] imperium[2] duos Auguſtos habere cœpit * lictum cum alio participaſſet.[3] Antonini mox ipſe nomen recepit. & quaſi pater L. Com-

1 *Imperium duos Auguſtos habere cœpit * lictum cum alio, &c.*] Iſthæc ita ſcribuntur in Pal. integro, tamquam nihil deſit. qui excerpta continet, non habet illud *lictum cum alio, &c.* ut ſuſpicio ſuboriri poſſet à margine irrepſiſſe in contextum, quamvis mutilum.

SALMASIUS.

2 *Duos Auguſtos habere cœpit lictum cum alio participaſſet.*] Et hic locus unus eſt de depoſitis ac deſperatis. cui nec ab ingenio, nec à libris potuit ſubveniri. ſic enim habent omnes, abſque ulla vitii vel defectus ſuſpicione. ſed cum tentare nihil noceat, nec pejorem in ſtatum opera noſtra quamtumvis mala malignaque ſalus ejus poni queat, videamus an ita legendo in meliorem poſſit reſtitui: *Tuncque primum Romanum imperium duos Auguſtos habere cœpit. id quum cum alio participaſſet, Antonini mox ipſe nomen recepit. id*, nempe imperium. nam poſt participatum ſtatim imperium, Marcus qui Verus prius vocabatur, Antonini nomen recepit. nec movere quemquam debet concurſus duarum vocum *cum cum*, in diverſa ſignificatione. ſic enim alibi uſus eſt Spartianus. in Hadriano: *ad deprehendendas obſonatorum fraudes quum cum plurimis ſummatibus paſceret.* quod etiam illi loco corrumpendo anſam præbuit, ut ibi obſervabamus. non ſimiliorem veri, ſi minus veram, puto excogitari poſſe lectionem, immo veram omnino eſſe cenſeo.

CASAVBONUS.

2 *Duos Auguſtos habere cœpit ..... lictum cum alio participaſſet.*] Deſunt paucula verba. Sententiam expleveris, ſi ſcribas, *cùm id nemo ante iſtum cum alio participaſſet.* vel hoc modo, *cùm antea nemo ſibi relictum cum alio participaſſet.*

3 *Antonini mox ipſe nomen recepit.*] Antoninus cognomen fuit Atrii gentis. Pius Auguſtorum primus id geſſit: initiò quidem ut cognomen: cùm adoptatus fuiſſet à T. Arrio Antonino avo materno. ſed quod prius illi cognomen erat, accedente Pii cognomine factum eſt nomen: dictus eſt enim T. ANTONINVS PIVS. Sic accipiendum quod ait in Diadumeno Lampridius: *Pius verum nomen Antonini habuit, cognomen Pii.* nam hoc niſi dextre interpretereris, falſiſſimum eſt. A Pio tranſiit eadem appellatio ad Marcum: qui non quaſi cognomine, ſed ut vero nomine dictus eſt MARCVS ANTONINVS, Quare ſcribit Lampridius: *Marcus verum nomen Veriſſimi habuit: ſed hoc ſublato atque abolito, non prænomen Antonini, ſed nomen accepit.* in Marco cœpit hæc appellatio velut ſymbolum eſſe imperii: quòd imperium cùm ipſe communicaſſet Vero, etiam hoc nomen illi detulit, ut ſubjicit ſtatim Capitolinus. & Lampridius quoque non prænomen, ſed nomen Antonini ab illo

L. Commodi esset, [1] & Verum eum appellavit, addito Antonini nomine : filiamque suam Lucillam fratri despondit. [2] Ob hanc conjunctionem [3] pueros & puellas

illo acceptum admonet. Posteriores verò imperatores ad Maximinum usque, prænomine hoc usi tanquam omnibus Augustis debito : qua de re præclarè disserit apud populum Ro. Alexander Severus, referente Lampridio. Ita vides appellationem eandem pro cognomine, nomine, & prænomine diversis temporibus habitam. Quod semel dictum voluimus : quia multa sparsim hi scriptores super ea re, parum perspicuè, & indigeste.

1 *Et Verum eum appellavit.*] Dele τὸ &. Ait Marcum simul cum communicato imperio Veri nomen fratri Lucio communicasse. Nos scimus etiam ante adoptionem, nedum ante imperii participatum, hunc Veri nomen habuisse : quo & pater ejus adhuc privatus fuit nominatus. Scribit tamen idem auctor in ejus vita, *ex Antonini conjunctione Verus & Antoninus appellatus est.* & iterum ibidem, *Verum vocari præcepit, suum in illum transferens nomen.* Video nec video qui rectè ista capiam.

SALMASIUS.

1 *Et Verum eum appellavit.*] Videre se negat vir eruditissimus qui recte ista capiat : nam Lucium Commodum ante participationem imperii & adoptionem, etiam Veri nomen habuisse, quod habuit & pater ejus etiam privatus. Verum quidem hoc est. sed tamen hic ejus filius Lucius Commodus non ante appellatus est Verus quam adoptaretur à Marco & particeps imperii fieret, qui Lucii Commodi nominibus antea tantum censebatur. ideoque Capitolinus hoc diligenter observavit, ut Lucium Commodum semper vocaret, cum ejus meminit ante adoptionem: post vero, ut in sequentibus, non jam Lucium Commodum sed Verum appellat. sed præter ipsum Capitolinum qui id confirmat in vita Veri, en tibi testem exceptione majorem, quique illis temporibus vixit, & duobus Augustis acceptissimus notissimusque fuit. is est Galenus in commentario περὶ ἰδίων βιβλίων· ἐλπίζων ἢ πεύξεσθαι παραιτήσεως, ἤκουον γὰρ εἶναι τὰ ἔργα αὐτῶν πρεσβύτερον σύγγραμμά τε καὶ μέτριον, ἥμερόν τε καὶ πρᾶον, ὃς ἐκαλεῖτο μὲν ἐξαρχῆς Βῆρος, ἐπεὶ δ' Αντωνῖνος ὁ μετὰ τὸν Αδριανὸν ἄρξας ἀμφότερον αὐτὸν ἔθετο τῆς ἀρχῆς, τὸ μὲν ἐμπροσθεν ὀνομαζόμενον Λεύκιον κοινωνὸν ἐποιήσατο, καλέσας Βῆρον, ἑαυτὸν δὲ μετωνόμασεν Αντωνῖνον. Satin hæc aperte significant Lucium non prius Verum fuisse appellatum quam adoptaretur à Marco & imperii particeps renuntiaretur? Nec mirum à principio Veri nomen habuisse hunc Lucium, etsi patrem haberet Verum nomine. sic enim & ipse Marcus, Annii Veri filius, Veri nomen post virilem demum togam accepit, cum principio ætatis suæ proavi materni Catilii Severi nomen haberet, & Catilius vocaretur.

2 *Ob hanc conjunctionem.*] Sic infra conjunctionem vocat, in vita Veri : *igitur Lucius Ceionius Ælius Commodus Verus, qui ex Adriani voluntate Ælius appellatus est, ex Antonini conjunctione Verus & Antoninus.*

CASAVBONVS.

3 *Pueros & puellas novorum hominum frumentariæ perceptioni ascribi jussit.*] Minus rectè in membranis *præceptioni.* rectè *perceptioni.* familiare verbum juris auctoribus, & Symmacho, aliisque. Secuti in hac re sunt Divi fratres exempla Trajani, Hadriani, & Pii : qui beneficium frumentationis novis

novis constitutionibus ampliarunt. Sed qui sunt isti *novi homines*, quorum pueri tunc primum perceptioni frumentariæ ascripti? Nam viro eruditissimo qui de Christianis palam ad frumentationem ab Antonino vocatis, vult accipi, vetant multa ne assentiamur: cùm præsertim neque veterum hoc quisquam dixerit; neque probabile sit Tertullianum, ut de aliis taceamus, hoc fuisse prætermissurum: qui diversis suorum scriptorum locis laborat manifesto, ut probet optimum quemque priorum principum cum Christianis mitius egisse. Quis credat si tale quid à Marco fuisset aliquando præstitum, tam nobile exemplum suis principibus virum acerrimum non fuisse propositurum? Sed ne illa quidem Abercii Acta quæ proferuntur, quicquam video continere, unde huic tanto paradoxo fides possit adstrui. Atqui constat infelicem hoc uno Marcum non solum fuisse alienum ab iis qui Christo dixissent sacramento; sed & exquisitissimis sæpe suppliciis in eos sæviſse, ut narrat Eusebius. Mitto quòd *novos homines* appellari novæ religionis homines, insolens Latinis auribus. Quare eos potius interpretemur, qui recens ex lege Pii civitatem nacti, cives quidem erant, sed conditionis deterioris quam alii ab antiquo cives Ro. Sic alibi invenias duo civium genera, veterum & novorum. neque est quisquam rerum Ro. peritus quin sciat, novorum quàm veterum civium conditionem fuisse in multis duriorem: quod vel hic unicus Plinii locus arguit è libro Panegyrico: ubi de tributo vigesimæ verba faciens, ita scribit. *Hæc mansuetudo legis veteribus civibus servabatur: novi seu per Latium in civitatem, seu beneficio principis venissent, nisi simul cognationis jura impetrassent, alienissimi habebantur, quibus coniunctissimi fuerant.* Si in exigendis vectigalibus discreta fuerunt novorum & veterum civium jura: dubitabimus & in perceptione frumentaria veteribus potius quàm novitiis & ascriptitiis civibus fuisse consultum? Vera igitur causa hujus liberalitatis ea fuit, quam notat Capitolinus: ob conjunctionem Lucillæ Marci filiæ, & Veri Antonini. qua occasione solitam provocari liberalitatem principum nemo ignorat. *Novi* verò *homines*, appellantur ea pars urbanorum civium quàm diximus; non autem Christiani Hieropolitani Abercii cives; quibus si quæ fuerunt à Marco attributa alimenta, ut etiam in Græcorum martyrologiis legimus; non ut in Christianos ea liberalitas fuit collata: sed quomodo soliti sæpe boni principes coloniarum, municipiorum, & aliarum urbium pauperibus alimenta instituere: cujus liberalitatis testes extant hodieque multi lapides. Nec soli principes, sed & privati interdum genus hoc liberalitatis usurparunt: ut testatur de se Plinius epistola octava libri primi, & XVIII. libri VII.

SALMASIUS.

3 *Pueros & puellas novorum hominum.*] Satis agunt heic eruditissimi homines in reperiundo, qui aut quales isti novi homines & unde genus. Mitto illorum sententiam, qui de Christianis accipiendum docuere, quæ ne refutari quidem digna est. quid enim aut quare novi homines heic Christiani, aut cur liberet Capitolino sic eos appellare? at vir doctissimus qui ultimam pæne manum imposuit istorum auctorum emendationi, de novis civibus intelligendum existimat, qui recens ex lege Pii cives facti quidem, sed erant deterioris conditionis quam veterani cives. nec id admodum mihi probatur. cur enim novos homines pro novis civibus diceret? moris enim est Latinos scriptores novos homines appellare non alios quam qui ex humili loco ad summa evecti merito suo vel principum favore natalibus suis nihil debent. aut cur novorum potius civium pueri puellæque huic tantum alimentariæ perceptioni ascripti?

las novorum hominum frumentariæ perceptioni aſcribi præceperunt. Actis igitur quæ agenda fuerant in ſenatu, pariter caſtra prætoria petiverunt, & vicena millia nummum ſingulis ob participatum imperium militibus promiſerunt, [1] & cæteris pro rata. Adriani autem ſepulcro corpus patris intulerunt [2] magnifico exe-

ſcripti? diſcrimen enim alibi notatum non reperies ex cujus generis civibus pueros aut puellas iſtas inſtituerunt imperatores. Mitto Trajanum qui primus alimenta conſtituit ejuſmodi puellis & pueris: nondum enim ſub illo genus iſtud novorum civium erat. Antoninus ſane Pius, qui & puellas alimentarias in honorem Fauſtinæ Fauſtinianas conſtituit, ex quorum hominum illas genere conſtituerit, Capitolino notandum non reliquit. Hæc igitur quærant quibus otium ſuum quærendi copiam fecit. interea me ex hoc nodo moraque quæſtionis abſolvam unius litteræ mutatione. legendum enim: *pueros & puellas novorum nominum frumentariæ perceptioni aſcribi præceperunt*. Primus ut dixi Trajanus, pueros & puellas alimentarias conſtituerat. quibus liberalitatis incrementum adjecit Hadrianus. Pius etiam in honorem Fauſtinæ novas puellas aſcribi fecit, quas Fauſtinianas appellavit. Nunc Marcus & Verus ob conjunctionem & participationem imperii novorum nominum pueros & puellas aſcribi præcipiunt: cum enim darent nomina ſua qui aſcribendi erant huic frumentariæ perceptioni, pueri puellæque ideo *novorum nominum* dicuntur, quod præter illos & illas quarum nomina jam habebantur aſcripta, quaſque jam inſtituerant priores imperatores; novi iſti, Marci & Veri juſſu aſcribebantur. Atque hæc eſt hujus loci vera lectio, quam ut prorſus non appareret, occultabat unius litteræ menda. ne igitur de novis hominibus, qui ſint, quærendis amplius laboremus.

CASAUBONUS.

1 *Et cæteris pro rata.*] Vicena millia quaſi legitimus fuit modus donativi cuique militum, prætorianorum præſertim, dari ſoliti poſt ſuſceptum imperium. at centurionibus duplum dabant: tribunis verò & præfectis alarum adhuc alterum tantum, ut ad Suetonium obſervabamus libro primo capite XXXVIII. Hoc vocat Capitolinus *pro rata*.

SALMASIUS.

2 *Magnifico exequiarum officio, mox juſtitio ſequuto.*] Quid hoc ſibi vult, ut præcedant exequiæ magnifico officio celebratæ, mox juſtitium ſequatur, & ordo funeris publice expediatur? an non & ille funeris ordo exequiæ ſunt? cur igitur heic exequiæ ſeparantur à funere ut res diverſa & diſtincta? funus, exequiæ, pompa funeris, nonne res eadem? ita quidem in plebeiis funeribus, at in imperatoriis non item. quod aperte locus hic indicat, quo neſcio an clarior & illuſtrior alius in his auctoribus reperiri poſſit. ſciendum eſt, imperatore mortuo, more reliquorum hominum, exequias ejus celebrari & corpus humo condi ſolitum. quod factum cum eſſet, juſtitium indicebatur, & pompa funeris publice explicabatur, & lecto ferebatur imago ejus cerea ad verum expreſſa, & reliqua ad conſecrationem pertinentia peragebantur, quæ apud Herodianum deſcribuntur. apud quem exemplum hujus moris illuſtre legere eſt in vita Severi. primum quidem defuncto Severo, urnam qua continebantur ejus reliquiæ, magnifico exequiarum

exequiarum officio : mox justitio sequuto, publicè quoque funeris expeditus est ordo. Et laudavere uterque pro rostris patrem, flaminemque ei ex affinibus, & [1] sodales ex amicissimis Aurelianos creavere.
8 Adepti imperium, ita civiliter se ambo egerunt, ut [2] lenitatem Pii nemo desideraret, quum eos [3] Marullus sui temporis mimographus cavillando impunè perstringeret. [4] Funebre munus patri dederunt. [5] Dabat se Mar-

rum officio ἀναπίμψαντες καὶ ἀποπομπεύσαντες ἀπίθανῶς σὺν τῷ νεῷ ἔνθα Μάρκος τε καὶ ὁ ἀφὸ αὐτὸ βασιλέων ἱερὰ μνήματα δείκνυται quod huic loco plane par est & geminum. exequiati enim cum essent, & corpus Severi sepulchro intulissent, tum demum ad ea quæ fuere consecrationis, peragenda processerunt, corpore inquam jam condito, quod ostendunt hæc Herodiani verba, τὸ γὰρ σῶμα ἐξ λύτησαντες καθαπ]ὸ ἐστιν ἀνθρώπων νόμῳ, κηρὸς δὲ πλασσόμενοι εἰκόνα, & cætera quæ apud illum videantur. Nam sequebatur primum justitium, deinde fiebant quæ ille narrat. justitium autem vocat, πένθος τι μεμιγμένον ἑορτῇ καὶ ἀσκήσει καθ' ὅλην τὴν πόλιν ὁλόκληρον absque illo Herodiani loco esset, vix quisquam mentem Capitolini assequeretur, aut cur exequias à funere distinguat, intelligeret. Nam de consecratione quin hæc intelligenda sint, quæ de justitio sequuto, deque funeris ordine publice quòque expedito scribit, ne dubitandum quidem est. & probant satis subdita: *& laudavere uterque pro rostris patrem, flaminemque ei ex affinibus, & sodales ex amicissimis Aurelianos creavere.*

2 *Lenitatem Pii nemo desideraret.*] Galenus vocat Marcum εὐγώμονά τε καὶ μέτριον, ἥμερόν τε καὶ πρᾷον. quæ omnia lenitatem ostendentia sunt vocabula.

CASAVBONVS.

1 *Sodales ex amicissimis Aurelianos creavere.*] Servat memoriam vetus lapis. SODALI. MARCIANO. AVRELIANO.

3 *Marullus sui temporis mimographus.*] Pro, illius temporis. ut in libro de Maximo & Balbino: *Epistolam sodali quæ scripta est à Cos. sui temporis de Pupieno & Balbino.* sic & alibi.

4 *Funebre munus patri dederunt.*] Ludos gladiatorios : quod genus spectaculi propriè *munus* dixerunt. sed & *funebre munus*, propriè. erat enim ἀγὼν ἐπιτάφιος : unde & origo ejus θέας.

5 *Dabat se Marcus totum philosophiæ.*] Sæpius jam dictum : cur repetit? & erit fortasse qui aliena huic loco ista censeat. Ego non puto. Repetit enim ut hoc doceat nos : Marcum etiam postquam imperium esset adeptus, totum fuisse in philosophiæ studiis : saltem per initia & dum fecuit : mox enim negotiorum procellis jactatum, aliis curis coactum vacare.

GRUTERUS.

2 *Ut lenitatem Pii nemo desideret.*] Non injucunda super hac re, prompsimus ad illa Livii de Hieronymo succedente patri Hieroni Siciliæ regi: *Vix quidem ulli bono moderatoque regi facilis erat favor apud Syracusanos, succedendi tanta caritate Hieronis.* lib XXIV. cap. 4. ubi reponendum videtur, *apud Syracusanos succedenti, tanta caritate Hieronis.*

1 Mar-

se Marcus totum & philosophiæ, amorem civium affectans. Sed interpellavit istam felicitatem securitatemque imperatoris prima Tiberis inundatio, quæ sub illis gravissima fuit: quæ res & multa urbis ædificia vexavit, & plurimum animalium interemit, & famem gravissimam peperit. [1]Quæ omnia mala [2]Marcus & Verus sua cura & præsentiâ temperarunt. [3]Fuit eo tempore etiam Parthicum bellum, [4]quod Vologesus paratum sub Pio, Marci & Veri tempore indixit, [5]fugato [6]Atidio Corneliano, qui Syriam tunc administrabat. Imminebat etiam Britannicum bellum, [7]& Catti in Germaniam ac Rhetiam irruperant. Et [8]adversus Britannos quidem Calphurnius Agricola missus est, contra Cattos Aufidius Victorinus. Ad Parthicum verò bellum senatu consentiente, [9]Verus frater

1 *Quæ omnia mala Marcus & Verus suâ curâ & præsentiâ temperarunt.*] Sic quoque Pal. non *temperavit*, ut editio princeps. præsentiæ autem meminit Capitolinus, quia ipsa mirè recreatur populus, ut pluribus probavi in Discursibus meis ad Taciti lib. xv. cap. 36. f.

6 *Atidio Corneliano.*] Sic quoque Palat.

CASAUBONUS.

2 *Marcus & Verus sua cura & præsentia temperarunt.*] Princeps editio, *temperavit*. de quo cogitemus. nam fortasse aliquid subest. *præsentia* hic, est favor, auxilium: βοήθεια propriè Græcis: cùm ad vocem laborantis accurrimus, & præsentes illi nos sistimus, atque opem ferimus: sic *præsentia numina* apud poëtam, id est, propitia: & *præsentes divi*, quorum præsentia favor est, ait Servius.

3 *Fuit eo tempore etiam Parthicum bellum.*] Sub initia divorum fratrum. Eusebius conjicit in annum secundum & tertium. vide infra.

4 *Quod Vologesus paratum sub Pio, Marci & Veri tempore indixit.*] Σφάλμα est temere in hanc editionem ex alia propagatum: nam *paratum*, erat scribendum. Vologesus hic filius est illius Vologesi, de quo Tacitus in Annalibus. quidam è Græcis scribunt Οὐολόγαισος, ut Dio: alii Βολόγεσος, ut Aristides.

5 *Fugato Atidio Corneliano.*] Malim *Atilio*. nam in antiqua inscriptione nominatur *Atilius Cornelianus*, hujus, nisi fallor, filius.

7 *Et Catti in Germaniam ac Rhetiam irruperant.*] Germaniam accipe quà fuit Romanorum provincia, Rheno propior. nam & Catti, sive Chatti populus Germaniæ.

8 *Adversus Britannos Calphurnius Agricola missus est.*] Firmat hanc historiam unicum, quod sciam veteris apud Britannos aræ testimonium, cujus inscriptio servat hodieque nomen *Calphurnii Agricolæ legati Augusti*. sic enim exoletam ejus lapidis scripturam rectè legit eruditissimus Camdenus: cui & hanc & omnes alias Britannicas inscriptiones debemus.

9 *Verus frater ejus missus est.*] Sic loquitur tanquam de proconsule: non ut de

frater ejus missus est: ipse Romæ remansit, quòd res urbanæ imperatoris præsentiam postularent. Et Verum quidem Marcus Capuam usque prosequutus, [1] amicis comitantibus à senatu ornavit, [2] additis officiorum

ut de eo qui pari potestate cum Marco imperaret. inde etiam verbum *ornavit*: quo mox utitur. Notum est quid sit apud Ciceronem & Suetonium, *ornare provinciam*.

SALMASIUS.

9 *Verus frater eius missus est.*] Brevius & concinnius Palatinus: *Verus frater est missus*. & ita semper fratrem vocat. infra: *postquam à Syria frater victor redit*. & paulo post: *fratre post quinquennium reverso*. & in aliis locis.

CASAUBONUS.

1 *Amicis comitantibus à senatu ornavit.*] *Comitantibus*, id est, qui Marcum Capuam usque erant prosecuti, & comitati. vel, pro comitaturis: id est, qui Vero in provincia futuri erant comites & consiliorum participes. In aliis libris hic locus aliter distinguitur: quòd minus probo.

2 *Additis officiorum omnium principibus.*] *Principes officiorum*, sive *principales*, itemque *magistros officiorum* dixerunt, qui inter sui ordinis homines principem locum tenent: posterior ætas primicerios quasi πρωτεγγραφεῖς τῶν ἄλλων. Lampridius in Alagabalo, & Alexandro Severo, Symmachus, alii.

SALMASIUS.

2 *Additis officiorum omnium principibus.*] Palatinus, *principi* pro *principibus* legit. mendose ut opinor, vel compendiose potius. quos heic principes officiorum, alibi magistros vocat in Pescennio: *quum hoc ei & præfecti suggererent & officiorum magistri*. in Alexandro principes aut magistros: *injuriam nulli unquam amicorum comitumve fecit, nec magistris quidem aut principibus officiorum*. singula officia Palatina habebant principes suos: qui & primates officii dicebantur & priores. unus tamen erat qui proprie princeps officii dicebatur tam in Palatinis officii, quam in officiis præsidum & rectorum provinciarum. præter hos principes singulorum officiorum, erat magister officiorum qui omnibus officiis præerat, & omnium officiorum Palatinorum, & principum officiorum princeps fuit & magister. is in vetusta inscriptione dicitur magister omnium officiorum: FL. IVGENIO. V. C. EXPRÆFECTO PRÆTORIO. CONSVLI. ORDINARIO DESIGNATO. MAGISTRO. OFFICIORVM. OMNIVM. Corippus lib. IV.

— *mandante magistro*
Omnis sacrorum via adfuit officiorum.

Idem princeps officiorum dicitur in antiquo saxo: NARITO. DIVI. CLAVDI. PRINCIPIS. OFFICI. IMPER. id est principis officiorum, non principis officii, ut censebat vir magnus. multum interest inter officii principem & officiorum. hic magister dicebatur, & omnia officia sub se habebat: ille unius officii princeps & primus erat, nec magister audiebat. habebat autem hic magister officiorum & officium suum, & principatus dicebatur, & omnes qui in ejus officio apparerent, principes. itaque magisterianus & magistri princeps idem est. in passione Processi & Martiniani: *eodem quoque tempore nunciatum est Paulino viro clarissimo magistro officiorum quod Processus & Martinianus magistriani Christiani effecti essent*. quos autem magistrianos heic vocat, paulo supra magistri principes vocabat: *erant autem custodientes eosdem beatissimos apostolos milites multi, inter quos erant duo magistri principes Processus & Martinianus*. & paulo post magistrianos prin-

ciorum omnium principibus. Sed quum Romam rediſſet Marcus, cognoviſſetque Verum apud Canuſium ægrotare, ad eum videndum contendit, ſuſceptis in ſenatu votis: quæ poſteaquam Romam rediit, audita Veri tranſmiſſione, ſtatim reddidit. Et Verus quidem poſteaquam in Syriam venit, in deliciis apud Antio-

principes: *tunc baptizati ſunt beati Proceſſus & Martinianus magiſtriani principes.* Magiſteriana poteſtas dicebatur de magiſtro officiorum. in eadem paſſione: *Paulino magiſterianæ poteſtatis viro* id eſt qui magiſter officiorum erat. hinc magiſteriani & magiſtriani, & principes, qui ſub eo militabant. Græci *agentes in rebus* magiſtrianos exponunt. nam ex ſchola agentium in rebus principes mittebantur ad gubernanda officia civilium adminiſtrationum. hinc πρείσκεψ in Gloſſis legalibus exponitur ἔξαρχος τῶν πολιτικῶν πράξεων. duo principes in officio Paterni proconſulis Africæ nominat actio paſſionis B. Cypriani, ubi principes, ſunt primates officii. ut cornicularii, ſtratores. nam ſtratores erant illi principes quorum mentio in ea paſſione: *Venerunt ad eum duo principes, quorum unus officii Galerii Maximi Proconſulis ſtrator, & alius æquis ſtrator, & à cuſtodia ejuſdem officii, qui & in curriculum eum levaverunt.* ubi perperam *equi ſtrator* hodie legitur. nos ex veteri codice ſic emendavimus. paulo poſt: *& ita Cyprianus ductus ad principem & ſtratorem ejuſdem officii.* male hodie: *ſtatorem.* corrigendus etiam Pontius Diaconus in vita Cypriani: *& collectus ab adſtatore ejus officii ſeceſſit in hoſpitium ejus.* lege: *ab ſtratore.* penes ſtratores autem cuſtodiæ reorum cura. vide Cod. Theod. tit. de cuſtodia reorum.

CASAUBONUS.

1 *In delitiis apud Antiochiam & Daphnen vixit.*] Verum dum fuit in Syria reſediſſe apud Daphnen, teſtatur & ſanctiſſimi Abercii hiſtoria. Quod autem in Italia Baiæ, ad Alexandriam Canopus, id erat in Syria ſuburbium Antiochiæ Daphne: locus ita infamis voluptatibus, ut modeſtioribus ac frugi prope inacceſſum ſcribat Chryſoſtomus, ſermone in Babylam martyrem. εἶδεν, inquit, τὸ χωρίον κατὰ τὴν τῶν νέων ἀπελγείας τυραννούμενον, καὶ κινδυνῶδες ἅπασιν εἶναι τοῖς σεμνοτέροις καὶ ἐπιεικῶς βιοῦν βουλομένοις βίον. quem locum imitans Sozomenus, τὸν παράδεισον τῇ Δάφνῃ ἐπιδείξῃ τοῖς ἐπιχωρίοις αἰσχρῶν νομίζεσθαι. Natum ex eo proverbium, *Daphnicis moribus agere*: quod de luxuria diffluentibus uſurpabant: ut Marcus Antoninus in epiſtola quam reſcripſit Vulcatius: qui etiam narrat, edictum aliquando à Caſſio, *ut ſi quis cinctus apud Daphnen inveniretur, diſcinctus rediret.* Erant ſanè omnia ibi ad amœnitatem comparata: cœli aëriſque temperamentum maximum: ſolum & natura & arte delitiis hominum τρυφητῶν accommodum. Sed duo fuere imprimis, quæ in admirationem & amorem Daphnes cunctos raperent: arborum umbriferarum, & optimarum aquarum copia. Procopius Perſicorum libro ſecundo: Τότε μὲν ἐν τῇ Δάφνῃ οἰκοῦν τὸ Ἀντιοχείας παράδεισον. ἔνθα δὴ τό, τε ἄλσος ὑπὸ δένδρεσι μεγάλοις ἐποιήσαντο. καὶ πᾶς τῶν ὑδάτων πηγάς. ἄμφω γὰρ ἀξιολογίᾳ ἐπιεικῶς ἐστί. Præcipuæ arborum lauri & cupreſſi erant: quas multis conſtitutionibus cædere imperatores vetuerunt, ut ex hiſtoria & Codicis titulo ſcimus. Erant & arbores aliæ multæ, quæ totum locum inſtar pergularum tegerent,

Antiochiam & Daphnen vixit, [1] armisque se gladiatoriis & venatibus exercuit, quum per legatos bellum Parthicum gerens, imperator appellatus esset, quum Marcus horis omnibus reipublicæ actibus incubaret, [2] patienterque delicias fratris & [3] prope invitus ac volens

rent, quas moris est in hortis & pomariis è vitis arbore aliisque conficere. accedebat gratia florum, quos sub illis arboribus terra edebat, & aspectu & odoratu suavissimos pro anni tempore alios atque alios, & ut loquitur Sozomenus, ἀμφιδαδὴν τῶν ὡρῶν: nam ita apud illum scribendum. Sextus Rufus auctor est, Daphnensem lucum à Pompeio fuisse consecratum, addito nemore: idem narrat & Hieronymus libro XIV. in Ezechielem: quod tamen an verum sit, non sine caussa addubites ex Strabone: qui & Daphnæ appellationem, & religionem ejus luci, non ut institutam sua memoria, sed ut antiquam commemorat, & tota Syria celebrem. Quod autem Græci fabulam de transformatione Daphnæ in laurum illi luco accommodarunt, ut refert Sozomenus: id verò commentum Ovidii ætate recentius est, priscis Græcis incognitum. Erat & Daphnis fons ibidem: quem postea multi Castalium appellarunt. Sed horum errorem acriter reprehendit Vuilielmus Tyrius: cùm ille Musis sacer poëtis decantatissimus fons Castalius, non in Syria ad fluvium Orontem; sed in Phocide Græciæ regione fuerit ad montem Parnassum. Rectè quidem Vuilielmus Tyrius: obtinuit tamen non solùm apud vulgus, sed etiam apud eruditos, ut & montem Antiochiæ imminentem Parnassum vocarent: & fontem qui è radicibus ejus montis manat, Castalium: ut ex Sozomeno & Marcellino dicebamus ad Hadrianum. Agathias epigrammatum poëta:

Μηδὲν ἀπαγγείλῃς ἐς Ἀνιόχειαν ὁδῖτα,
Μὴ πάλιν οἰμώξῃ χοῦμαι Κασταλίης.

Syri tandem & Græci recentiores abolita appellatione Daphnes, eum locum dixerunt NERO, propter aquarum scaturigines: נר enim Syris & Arabibus idem ac Hebræis נהר fluvius: unde νερὸ hodie Græcis est aqua. Atque hoc nomen antiquissimæ ejus loci appellationi consentit planè: nam in XXXIV. Numerorum, qui locus dicitur cùm à Mose, tum ab ejus paraphraste Onkelo נין *Fons*, aliis interpretibus Hebræorum est דפני *Daphne*: in Hierosolymitano Targhum דפני *Dophne*: aliter scriptum offendimus in eorum historiis, רופנהשלאנטיכיא & in Aruch, אנטיוכיא דפני של. ibi fuit illa nobilis Judæorum synagoga, quæ dicebatur Spelunca Matronæ, τὸ τῆς ματρώνης σπήλαιον: cujus toties meminit Johannes Chrysostomus in orationibus quas Antiochiæ contra Judæos & ἰουδαΐζοντας Christianos habuit, & homilia tertia in epistolam ad Titum. Non est Hebraica vox Matrona, sed Latina: quam notione propè eadem extare in Targhumin & Rabbinorum libris observat Levita Elias.

1 *Armisque se gladiatoriis exercuit.*] Lampridius de Pertinace: *Objectum est Juliano quòd armis gladiatoriis exercitatus esset.* at sine probro de Hadriano Spartianus, *gladiatoria quoque arma tractavit.*

2 *Patienterque delicias fratris & prope invitus ac nolens ferret.*] Codex Augustanus, *ac volens.* sanè vulgata scriptura est ridicula. Lege, *& propè non invitus ac volens.* sic ferebat fratris delicias patienter, ut videretur non invitus

lens ferret. Denique omnia quæ ad bellum erant necessaria, Romæ positus & disposuit Marcus & ordinavit. Gestæ sunt res in Armenia prosperè [1] per Statium Priscum Artaxatis captis: delatumque *Armeniacum* nomen utrique principum: quod Marcus per verecundiam primò recusavit, postea tamen recepit. Profligato autem bello, uterque *Parthicus* appellatus est. sed hoc quoque Marcus delatum nomen repudiavit, quod postea recepit. *Patris patriæ* autem nomen delatum fratre absente, in ejusdem præsentiam distulit: medio belli tempore [2] & Civicam patruum Veri & fi- 9.

vitus connivere, & reip. actibus solus, suam & Veri vicem, incubare. Magnum hoc ἀνεξικακίας & æquanimitatis argumentum. Paullò pòst: *Tantæ autem sanctitatis fuit Marcus, ut Veri vitia & celaverit, & defenderit, cùm ei vehementissime displicerent.* in vita Veri, *Sed Marcus, hæc omnia quasi nesciens, dissimulabat rem, pudore illo, ne reprehenderet fratrem.* ex quibus verbis possis etiam legere hoc loco, *& propè invisas ac nesciens.* sed malo illud prius.

SALMASIUS.

2 *Patienterque delicias fratris ac prope invitus ac nolens.*] Quid discriminis inter nolentem & invitum? optime igitur vetus editio: *ac prope invitus ac volens.* & sic legimus: non, *ac prope non invitus ac volens.* quod tamen placuit eruditiss. Casaub. eleganter dictum, *prope invitus ac volens.* Marcus patienter fratris delicias ferebat, atque ita patienter, ut videretur prope invitus & volens eas ferre. ἑκὼν nempe, ἀεκηρὶ ὑ θυμῷ, quod exprimere voluit hoc loco Capitolinus. medius igitur inter volentem & nolentem eas ferebat: qui quidem si potuisset mutare fratrem & facere ut ne in deliciis viveret, libenter id fecisset: sed quoniam mutari non poterat, quod reliquum fuit, ferebat patienter ac prope nolens volens. atque hic est hujus dicti sensus, quem suis correctionibus pervertebant eruditi viri. simile est *volonolo* Ausonii:

— *quæ jungat quod volonolo vocet.*

GRUTERUS.

3 *Prope invitus ac volens.*] Ausus sum admittere hanc lectionem, cum eam firmarent non modò membranæ Palatinæ, sed & Augustanæ. putant alii adhuc legendum, *prope non invitus:* sed cum id sit contra libros, non id ausus fui recipere; tantò quidem minus, quod videretur exprimere voluisse illud Græcorum, οὐχ ἑκὼν, ἑκών.

CASAUBONUS.

1 *Per Statium Priscum Artaxatis captis.*] Armeniæ urbs sive Φρᾶατον, captum à Romanis bello Mithridatico: deinde amissum ab iisdem & receptum sæpiùs. Statius Priscus consul fuit primo & vigesimo Pii anno. De cognominibus Marco delatis, quorum hic mentio, adeantur veteres inscriptiones & nummi.

2 *Et Civicam patruum Veri.*] Videtur is esse, qui sub Hadriano consulatum gessit cum L. Ceionio Commodo Vero, qui postea dictus est Cæsar. Nominatur in antiquo lapide, SEX. VETVLENVS. CIVICA. POMPEIANVS.

& [1] filiam suam nupturam [2] commissam sororis suæ curæ, [3] eandem locupletatam, Brundusium usque deduxit, & ad eum misit. Romam verò statim rediit, revocatus eorum sermonibus qui dicebant [4] Marcum velle finiti belli gloriam sibimet vindicare, [5] atque idcirco in Syriam proficisci. [6] Ad proconsulem scribit, nequis

1 *Filiam suam nupturam.*] Lucillam Vero desponsatam, antequam ad bellum Parthicum proficisceretur.

2 *Commissam sororis suæ curæ.*] Puteani & Augustanus, *commissam sorori suæ.* nihil mutandum.

3 *Eandem locupletatam.*] Minùs probo ut de Marci filia verba hæc accipiantur: est enim, nisi fallor, frigidiusculum. Legendum censeo, *eademque locupletata.* nempe sorore sua Annia Cornificia. Nam cùm ejus fidei crederet charissimum filiæ pignus; videtur bonus pater, de ejus salute sollicitus, sororem locupletasse, ut & iter adeò longum ne gravaretur suscipere, & eò diligentius illam curaret.

5 *Atque idcirco in Syriam proficisci.*] Decreverat enim initio Marcus in Asiam proficisci, & filiam suam ad Verum ipse deducere: quod Acta etiam Albercii confirmant: *Inter eos convenerat, ut stato die Lucius quidem ab Oriente, Antoninus autem Roma venirent Ephesum: & in templo quod ibi erat Dianæ, Antoninus, dea teste, traderet puellam, Lucius verò acciperet.*

6 *Ad proconsulem scripsit.*] Puteani, *proconsules.* magnâ sententiæ differentiâ: nam ex illa voce *proconsulem*, colligebamus, Marci filiam Brundusii navem conscendisse, non ut in Epirum trajiceret, & inde per provincias Macedoniæ, Achaiæ, & Asiæ, in Syriam tenderet; sed ut rectà in Syriam vel Asiam navigaret.

SALMASIUS.

2 *Commissam sororis suæ curæ, eamdem locupletatam.*] *Sororori suæ*, in Palatino: &, *eandemque locupletatam*: & paulo post; *Romamque rediit.* ex cujus fide totum hunc locum sic constituere licet: *& filiam nupturam commissam sororis suæ, eandemque locupletatam, Brundusium usque deduxit & ad eum misit: Romamque statim rediit revocatus eorum sermonibus qui dicerent Marcum velle finiti belli gloriam sibimet vindicare.* verba autem illa, *eandemque locupletatam*, manifesto de filia Marci, non de sorore capienda sunt. nec aliter patitur orationis contextus. nec vero frigidum est sentire aut dicere, Marcum filiam suam nupturam, cum eam ad Verum cui nubebat mitteret, locupletasse. Si enim de sorore intelligeret, aliter loquutus esset, hoc nempe modo: *filiam suam commissam sorori suæ, eidemque locupletatæ, Brundusium usque deduxit*, sed ut dixi, de filio non de sorore capiendum, quam non nudam ad virum misit, sed locupletatam, ut imperatoris filiæ conveniebat, & imperatoris uxori futuræ.

GRUTERUS.

2 *Commissam sororis suæ curæ.*] Palatinus adsentitur Augustanis membranis, eisque quas excussit Puteanus; habentque tantum, *sorori suæ.* nihilo pejus quàm vulgatum; si non melius. haud id tamen dignatus loco suo, quod vir harum literarum primus, pronunciavit, nihil mutandum.

4 *Marcum velle finiti belli gloriam sibimet vindicare.*] Quod frigidæ nimis ambitionis: nedum cadat in hominem Philosophum, *alienæ interesse gloriæ*, ut loquitur Tacitus l. IV. hist. capite ultimo; ubi nos hac de re plura.

1 Inter

nequis filiæ suæ iter facienti occurreret. [1] Inter hæc liberales causas ita munivit, [2] ut primus juberet [3] apud præfectos ærarii Saturni unumquemque civium [4] natos liberos profiteri, [5] intra tricesimum diem nomine imposito. [6] Per provincias tabulariorum publicorum usum instituit, [7] apud quos idem de originibus fieret

CASAUBONUS.

1 *Inter hæc liberales caussas ita munivit.*] Juris verbum est *munire*, frequens apud antiquos prudentes. Etsi autem late patet, ut mox dicemus, instituti de quo hic agit utilitas: sic tamen loquitur, vel propter liberalium caussarum prærogativam: cum libertate potius aut charius sit nihil: vel quòd legi huic ferendæ liberale aliquod judicium occasionem dedisset: sicut accidit Justiniano cùm Novellam condidit de tabellionibus, ut ejus initiò testatum ipse reliquit. Erat sanè Marcus libertatum conservandarum studiosissimus: cujus rei gratia multa ab eo nova jura fuisse introducta, vel XL. Digestorum liber palam fecerit.

2 *Ut primus juberet.*] Falsum hoc, nisi commoda interpretatione mollias. Marcus sanè non primus hujus instituti auctor: sed vetus inventum in melius reformavit.

3 *Apud præfectos ærarii Saturni.*] Ubi acta publica servabantur: de quibus accuratissimè viri docti: ut non sit opus verbis. Idem auctor in Gordianis: *filium Gordianum nomine Antonini illustravit, cum apud præfectum ærarii more Rom. professus filium, publicis Actis ejus nomen inseret.*

SALMASIUS.

4 *Natos liberos profiteri, intra tricesimum diem nomine imposito.*] Vetus editio: *intra tertium diem.* sed illa, nisi fallor, mendosa est. voluit autem Marcus unumquemque civium intra tricesimum diem natos liberos profiteri. verba autem illa, *nomine imposito*, otiosa sunt. cum enim profitebantur natos liberos, sub nomine illo & illo eos deferebant. nec aliter in acta referri poterant, inserebatur enim nomen actis publicis. nec nomen tantum, sed etiam cognomen. Capitolinus in Gordianis: *jam illud satis constat quod filium Gordianum nomine, Antonini signo illustravit, quum apud præfectum ærarii more Romano professus filium, publicis actis ejus nomen inseret.* ita distinguimus illum locum, qui vulgo vitio interpunctionis laborat. forte legendum hoc loco: *intra tricesimum diem à nomine imposito.*

CASAUBONUS.

5 *Intra trigesimum diem nomine imposito.*] Distingui malim: *natos liberos profiterentur intra trigesimum diem, nomine imposito.* nam ante professionem nomina imponebant die lustrico. Nominalia autem Græci septima vel octava die à nativitate celebrabant: ut ex Aristotele, Aristophane, & Polluce cuivis notum est: nec multo aliter, opinor, Latini.

6 *Per provincias tabulariorum publicorum usum instituit.*] Servi erant publici, qui in provinciarum civitatibus publica Acta curabant: ideo in lege tertia Cod. De servis publicis manumittendis, quidam quòd tabulariam administrasset, status controversiam patitur. Sed hoc postea mutatum est, constitutione Arcadii & Honorii, qui tabularios non nisi liberos jusserunt ordinari. Diversi ab istis duo illi tabularii per singulas provincias constituti, de quibus in Codice Theodosiano, libri primi titulo octavo.

7 *Apud quos idem de originibus fieret.*] Hujusmodi tabulas Græci παιδογραφίας

fieret quod Romæ apud præfectos ærarii: ut si fortè aliquis in provincia natus causam liberalem diceret, testationes inde ferret: atque hanc totam legem [1] de assertionibus firmavit: [2] aliasque de mensariis & auctionibus tulit. Senatum multis cognitionibus, & maximè ad se pertinentibus, judicem dedit. [3] De statu etiam defunctorum intra quinquennium quæri jussit: neque quisquam principum ampliùs senatui detulit. In senatus autem honorificentiam, multis & [4] prætoriis & consularibus privatis decidenda negotia delegavit, quò magis eorum cum exercitio juris auctoritas crescceret. Multos ex amicis in senatum allegit cum ædilitiis aut prætoriis dignitatibus: [5] multis senatoribus

φίας dixerunt. Modestinus libro primo Excusationum: Η' ἡλικία δείκνυται ἢ ὑπὲρ παιδοτροφιῶν, ἢ ἐξ ἑτέρων ἀποδείξεων νομίμων. ubi vides alteram utilitatem, quæ ex isto Marci instituto capitur, præter illam quæ ad liberales caussas pertinebat. Nam quoties erat de alicujus ætate quæstio, ad tabularios adibatur. Quàm multi autem juris articuli in quibus de ætate movetur controversia?

1 *De assertionibus.*] Id est, liberalibus caussis. *Assertio* vel *vindicia* Græcis κωρπιδία, vel κωρπισμὸς δίκη.

2 *Aliisque de mensariis & auctionibus tulit.*] Reg. *de massaritiis & actionibus.* an lateat hic aliquid viderint acutiores. ego non dubito rectam esse vulgatam, quæ mensarios cum auctionibus rectè jungit: cùm celebrarentur ut plurimùm auctiones ad mensam alicujus trapezitæ: nam ibi nomina facere, inde expungere moris erat. Cura mensariorum ad præfectum Urbi pertinebat. Ulpianus libro singulari De præfecto Urbi: *Præterea curare debebit præfectus Urbi, ut nummularii probè se agant circa omne negotium suum, & temperent his quæ sunt prohibita.*

3 *De statu etiam defunctorum intra quinquennium quæri jussit.*] Et hoc ad liberales caussas pertinet, de quibus antè dictum. Sed parum plenè Marci beneficium exprimit Capitolinus. Cape tu meliùs ex lege prima Digestis, Ne de statu defunctorum post quinquennium quæratur.

4 *Prætoriis & consularibus decidenda negotia delegavit.*] Refero huc verba Ulpiani libro primo De appellationibus: *Interdum Imperator ita solet judicem dare, ne liceat ab eo provocare: ut sæpissimè à Divo Marco judices dati.*

5 *Multis senatoribus vel pauperibus sine crimine.*] Tolle τὸ *vel*, quod optimam sententiam corrumpit: neque est in Puteani codice: sed male ab alio ejusdem absunt ista, *sine crimine.* Senatores pauperes sine crimine, ii sunt de quibus Spartianus in Hadriano, *Senatoribus qui non vitio suo decoxerant, &c.*

SALMASIUS.

5 *Multis senatoribus vel pauperibus sine crimine.*] Mirum genus lectionis mihi repertum in Palatino optimo Codice: sic enim habet: *multis Senatibus, vel pauperibus sine crimine senatoribus*: in promptu est facere ex *senatibus*, *summatibus*: *multis summatibus vel pauperibus sine crimine senatoribus.* summates autem illos intelligo qui non erant ordinis senatorii, quibus dignitates ædilicias & tri-

bus vel pauperibus ſine crimine, dignitates tribunitias ædilitiaſque conceſſit: [1] nec quemquam in ordinem legit niſi quem ipſe bene ſciſſet. Hoc quoque ſenatoribus detulit, [2] ut quoties de eorum capite eſſet judicandum, [3] ſecretò pertractaret, [4] atque ita in publicum prodiret: nec pateretur equites Romanos talibus intereſſe cauſis. Semper autem quum potuit, interfuit ſenatui, etiamſi nihil eſſet referendum, ſi Romæ fuit: ſi verò aliquid referre voluit, etiam de Campania ipſe venit. [5] Comitiis præterea etiam uſque ad noctem frequen-

& tribunicias concedebat Marcus: quod idem faciebat in ſenatoribus qui ſine crimine ad egeſtatem perducti eſſent. Spartianus etiam ſummates nominat in Hadriano: *quum cum plurimis ſummatibus paſceret.* legebam etiam aliquando, expunctis illis duabus vocibus veteris ſcripturæ: *multis pauperibus ſine crimine ſenatoribus.* ſed illa quam ſuperius poſui retineri poteſt cum emendatione noſtra.

GRUTERUS.

5 *Multis Senatoribus pauperibus ſine crimine, &c.*] Prius publicati, *Senatoribus vel pauperibus*; quam ſyllabam mediam ſuſtuli, quod non inveniſſet in ſuis libris Puteanus. vereor nihilominus, ne aliud quid adhuc lateat. nam habet Palatinus: *Multis Senatibus vel pauperibus ſine crimine Senatoribus dignitates.* an voluit forte dicere, eis etiam ſuccurriſſe quibus paternæ anguſtiæ fuerant, non ſolum quibus propriæ?

CASAUBONUS.

1 *Nec quenquam in ordinem legit.*] Reg. *in eum ordinem legit.* planiùs: ſed *ordo* per ſe, ordinem ſenatorium deſignat, aut etiam decurionum: ut ſæpe obſervabis in antiquis inſcriptionibus.

3 *Secretò pertractaret.*] Regius, *ſecreto opere pertractaret.* fortaſſe pro *ſecreta opera t.*

4 *Atque ita in publicum prodiret.*] In Senatum videlicet, tractaturus de eodem negotio cum patribus: vel in forum, ut in tribunali conſulis, aut prætoris cum ipſis de re cognoſceret. Ita aliquando ſoliti principes: ut de Auguſto, Tiberio, Hadriano narratur. Placebat ſcribi, *proderet*: ſed non neceſſe.

5 *Comitiis præterea etiam uſque ad noctem frequenter interfuit.*] Xiphilinus, καὶ ἑνδέκα πολλάκις καὶ δώδεκα ἡμέραις τῶν αὐτῶν δίκας, καὶ ἀφ' νυκτὸς ἐστὶν ὅτε δικάζων ἔκαμνεν. *Comitia* igitur appellat Capitolinus, judicia quæ in foro aut comitio celebrarentur. nam ut ad χειροτονίας, & creationes magiſtratuum hoc referamus, nulla ratio eſt. Quod ajunt Dio & Capitolinus interfuiſſe comitiis Marcum uſque ad noctem, idem Suetonius de Auguſto: *Ipſe jus dixit aſſiduè, & in noctem nonnunquam.* ubi olim aliquid notavimus. Veterem duodecim tabularum obſervationem poſt Auguſtum non fuiſſe ſervatam certum eſt. Plinius in epiſtola ad Urſum de Julio Baſſo qui repetundarum poſtulatus fuerat in ſenatu: *Dixit Theophanes in noctem, atque etiam nocte illatis lucernis.*

SALMASIUS.

2 *Ut quoties de eorum capite eſſet judicandum.*] Palatinus: *quoties de quorum.* ne dubita ſcribere: *quoties de quorundam capite eſset judicandum.* vel, *de aliquorum.*

5 *Comitiis etiam uſque ad noctem frequenter*

quenter interfuit: neque unquam recessit de curia nisi consul dixisset, [1] *Nihil vos moramur, Patres conscripti:* [2] senatum appellationibus à consule factis, judicem dedit. Judiciariæ rei singularem diligentiam adhibuit: [3] fastis dies judiciarios addidit, ita ut ducentos triginta dies annuos rebus agendis litibusque disceptandis constitueret. [4] Prætorem tutelarem primus fecit, [5] quum antè tutores à consulibus poscerentur, ut diligentiùs de tutoribus tractaretur. De curatoribus verò, quum antè nonnisi [6] ex lege Lectoria vel propter lasciviam vel propter dementiam darentur, ita statuit ut omnes
11 adulti curatores acciperent non redditis causis. [7] Cavit &

quenter interfuit.] Comitia notandum heic vocare Capitolinum, non quæ vulgari notione sic dicuntur, sed quæ inferior ætas *placita* vocavit. inde *comitare*, in conventu loqui & dicere: & *comitius*, verbosus, loquax. Glossæ Isidori: & *incomitare* & *implacitare* pro eodem. Isidorus: *inforare, in foro placitare.* Festus etiam comitium in hoc significatu accepit: *incomitiare significat tale convitium facere, pro quo necesse sit in comitium hoc est in conventum venire:* ubi *in comitium venire*, est in jus venire.

CASAUBONUS.

1 *Nihil vos moramur, Patres conscripti.*] Hæc formula dimittendi senatus: at concionem verbo, DISCEDITE: quod apud M. Tullium extat, & T. Livium.

2 *Senatum appellationibus à consule factis judicem dedit.*] Restituimus è libro Puteani, cùm antè legeretur *sin autem*, pessimè.

3 *Fastis dies judiciarios addidit.*] Etiam in hoc maximi principum, dico Augustum, imitatur exemplum. Vide Suetonium capite XXXII. ubi hunc locum attigimus.

4 *Prætorem tutelarem primus fecit.*] Meminêre multis locis juris civilis auctores.

5 *Cùm antè tutores à Coss. poscerentur.*] Tranquillus in Claudio, cap. XXIII. *Sanxit ut pupillis extra ordinem tutores Coss. darentur.* Dabantur & à principe. Spartianus de Hadriano: *Tutores sæpissimè dedit.*

6 *Lege Lectoria.*] Ita membranæ, non *Lætoria*, ut alibi lex hæc vocatur.

SALMASIUS.

6 *Ex lege Lectoria.*] Ita ex suis reposuit vir doctissimus. perperam. nam malas illas male sequutus est. nostræ enim *Lætoria.* & ita legitur l. 1. de Donat. Cod. Theod. sed & alibi in scriptis codicibus legem hanc *Lætoriam* dici observavimus. *Lætus, Lætilius, Lætitius, Lætorius*, nomina Romanorum propria.

GRUTERUS.

6 *Lege Lætoriâ.*] Ita exemplar Pal. nempe *Lætoria*; non *Lectoriâ*: quod ultimum cùm nusquam occurrat apud auctores, heic infarciri minimè potest, suasu unius modo manuscripti.

CASAUBONUS.

7 *Cavit & sumtibus publicis.*] Hoc sæpe legimus factum ab Imperatoribus. Suetonius de Nerone, *Multa sub eo & animadversa severè, & coercita, nec minùs instituta: adhibitus sumtibus modus, publicæ cœnæ ad sportulas redactæ.* Spartianus de Hadriano: *Judicum sumtus*

& ſumptibus publicis, & calumniis quadruplatorum interceſſit, [1] appoſita falſis delatoribus nota. Delationes quibus fiſcus augeretur, contempſit. [2] De alimentis publicis multa prudenter invenit. [3] Curatores multis civitatibus, quò latiùs ſenatorias tenderet dignitates, [4] à ſenatu dedit. Italicis civitatibus [5] famis tempore [6] frumentum ex urbe donavit: omnique frumentariæ

ſumtus conſtituit, & ad antiquum modum redegit. refero enim ad publicos ſumtus, ut ibi expoſuimus, hoc unum genus imminutionis ſumtuum publicorum: alterum tangit Xiphilinus in Nerva: quem ait ea fine & ſacrificia & ludos multos tuliſſe. πολλὰς μὲν θυσίας, πολλὰς δὲ καὶ ἱπποδρομίας, ἄλλας τε ἑορτὰς θεᾶς κατέλυσε, συγκέλλων ὡς οἷόν τε τὰ δαπανήματα. Non prætermittendus locus Plinii ex epiſtola prima libri ſecundi: unde diſcas & principe Trajano ſenatum eam curam non inſuper habuiſſe: *veritus ne fortè inter quinquennios crearetur, qui minuendis publicis ſumtibus judicio ſenatus conſtituebantur: cùm illi tot amici ſenes conſulareſque ſupereſſent, me hujus ætatis per quem excuſaretur elegit.*

1 *Appoſita falſis delatoribus nota.*] Videtur Marcus pœnam legis Rhemniæ intendiſſe: aut illam ipſam veterem legem, ſeverè & acriter exercuiſſe, non ut mali principes; qui aut ſpernebant palàm, aut exercebant dicis cauſſa. Plinius in Panegyrico: *neque ut antea exſanguem illam & ferream frontem nequidquam convulnerandam præbeant punctis, & notas ſuas rideant.*

2 *De alimentis publicis multa prudenter invenit.*] Ad hoc caput referri poteſt quod antea dictum de novorum hominum pueris puelliſque ad frumentationem vocatis lege Marci: itemque ſequentia hæc verba: *Rei frumentariæ graviter providit.* illud pertinet ad alimenta eorum qui pane gradili alebantur. hoc ad univerſi populi Rom. commoda: cui ſoliti imperatores ſumma cura procurare ex Ægypto, Africa, Sicilia frumenti atque aliarum ſpecierum vilitatem. Sed providit Marcus & privatorum alimentis: extant enim lege octava Digeſtis De tranſactionibus, excerpta ex oratione Marci, quibus multa explicantur, quæ ſunt ab illo inſtituta circa alimenta teſtamento relicta, aut non mortis cauſſa donata. Quare cogitemus an non ſit hic legendum, *De alimentis publicis privatiſque.*

3 *Curatores multis civitatibus è ſenatu dedit.*] Sic *Aquini curator* nominatur in Peſcennio Nigro. Erant & regionum curatores, ac viarum, quorum mox fit mentio, & paſſim in ſaxorum inſcriptionibus: atque alii multi ſub titulis diverſis curatores leguntur. Fuerunt etiam correctores liberarum civitatium, quos Arrianus in Diſſertationibus διορθωτὰς τῶν ἐλευθέρων πόλεων nominat: quorum & in antiquis inſcriptionibus frequens mentio.

6 *Frumentum ex urbe donavit.*] Regius, *frumenta.* ſic ſcribendum.

SALMASIUS.

4 *E ſenatu dedit.*] Palatinus: *à ſenatu dedit.* ſic ſupra: *& Verum quidem Marcus Capuam uſque proſequutus, amicis comitantibus à ſenatu ornavit.* ita enim ibi libri veteres.

GRUTERUS.

5 *Famis tempore frumentum, &c.*] Sic & Pal. quod malim, quàm aliorum, *frumenta.*

1 Gla-

riæ rei consuluit. [1] Gladiatoria spectacula omnifariam temperavit: [2] Temperavit etiam scenicas donationes, [3] jubens ut quinos aureos scenici acciperent: ita tamen ut nullus editor decem aureos egrederetur. [4] Vias etiam urbis atque itinerum diligentissimè curavit. [5] Rei frumentariæ graviter providit. [6] Datis juridicis Italiæ consu-

CASAUBONUS.

1 *Gladiatoria spectacula omnifariam temperavit.*] Tria præcipua Marci inventa fuerunt temperandis hisce crudelissimis spectaculis. Primum illud, quòd sumtus minuit: quò pertinent sequentia hæc verba; *Gladiatorii muneris sumtus modum fecit.* Alterum, quòd munera jussit edi incruenta, (certè quoties ipse interesset) retunsis aut præpilatis gladiis, & more athletarum sine cæde. Dio Cassius: Μάρκος γε μὲν ὅτι τοῖς φόνοις οὐκ ἔχαιρεν, ὥστε καὶ τοὺς μονομάχους ἐν τῇ Ῥώμῃ ὥσπερ ἀθληταὶς ἀκινδυνοτάτοις ἐπράττον. σιδήρεοι γὰρ οὐδέποτε οὐδενὶ αὐτῶν ὀξὺ ἐδόθη, ἀλλὰ καὶ ἀμβλέσιν, ὥσπερ ἐσφαιρωμένοις πάντες ἐμάχοντο. videtur huc respexisse Capitolinus isto loco: nam ita malo interpretari, ne bis idem dicat. Tertium illud fuit, quòd gladiatores ad bellorum usum traduxit, contra veterem observationem militare jussos. Auctor infrà: *Armavit etiam gladiatores, quos Obsequentes appellavit.* & postea, *Fuit populo sermo, cùm sustulisset ad bellum gladiatores, &c.*

2 *Temperavit etiam scenicas donationes.*] An de corollariis solùm histrionicis intelligit, quorum meminere Cicero, Plinius, Suetonius, alii? an in universum de omnibus quæ accipere soliti histriones? Sæpe enim sobrii principes horum mercedem aut temperarunt aut resciderunt, ut Tiberius. Sic Pius Mesomedi lyrico stipendia imminuit. vide & Lampridium in Alexandro Severo.

3 *Jubens ut quinos aureos scenici acciperent.*] Juvenalis,

Accipe victori populus quod postulat aurum.

Vetus interpres, *In theatro solent petere quinque aureos: nam non licebat amplius dare.*

5 *Rei frumentariæ graviter providit.*] Dictum modò, *omnique frumentariæ rei consulunt.* quorsum igitur hæc nunc repetuntur? Melius erat, diceret quo invento rem frumentariam juverit, neque id nos hodie sineret ignorare.

6 *Datis juridicis Italiæ cons.*] Vide ad Hadrianum.

GRUTERUS.

3 *Jubens ut quinos aureos.*] Vox *jubens*, supervacanea est. verùm auctoribus istis absurdè præscribatur loquendi forma melior: adeo passim ab eâ discedunt. nam & capite sequenti ubi legitur: *Non aliter egit quam est actum sub civitate libera*; poterat omnino omitti illud, *est actum sub.* ut velit nullum fuisse discrimen inter imperium Marci, & rempublicam Romanorum veterem.

SALMASIUS.

4 *Vias etiam urbis & itinerum diligentissime curavit.*] Idem liber: *Viaeas etiam urbis.* quod inter nævos illius codicis numeramus.

6 *Datis juridicis Italiæ consuluit ad exemplum Hadriani.*] Quomodo hæc accipiemus? an sublatis consularibus, quos judices per Italiam instituerat Hadrianus, juridicos in eorum locum substituit Antoninus? ita intelligendi auctor est Appianus qui consulares illos Hadriani non diu post ejus obitum durasse scribit. verba illius hæc sunt, quæ jam in Hadriano retu-

consuluit, [1] ad id exemplum quo Adrianus consulares viros reddere jura præceperat. [2] Hispaniis exhaustis [3] Italica allectione contra Trajani præcepta, [4] verecunde consuluit. Leges etiam addidit [5] de vicesima hereditatum, [6] de tutelis libertorum, [7] de bonis maternis, & item de filiorum successionibus pro parte materna, utque

retulimus: ἤσαν γὰρ ὡς ἔοικε τότε τῆς Ἰταλίας ἄρχοντες ἀνθύπατοι καὶ μέρη. ὁ δὲ Ἀδριανὸς ἄρα μεμάθηκεν ὕστερον χρόνῳ πολλῷ τῶν αὐτοκρατόρων Ῥωμαίοις ἡγεμόνας ἀνεκαίνισε, καὶ μετ' αὐτὸν ἐπέμεινεν ἐς βραχύ. jurisdictio in Italiæ provinciis varie pro temporibus administrata, modo per consulares, modo per juridicos, modo per correctores, & postea etiam per consulares sub Constantino & sequentibus. de quibus nos alibi.

CASAUBONUS.

1 *Ad id exemplum.*] Regius, *addidit ad id exemplum.* videntur temere geminasse voculas *ad id.* inde vox illa ficta. puto hoc verius, quàm quod aliquando existimavi: quia præcedat vox *consuluit*, omissam esse dictionem *consulares*: ut ita scribatur totus locus. *Datis juridicis Italiæ consuluit: consulares etiam addidit, ad id exemplum, quo Hadrianus consulares viros reddere jura præceperat.*

2 *Hispaniis exhaustis.*] Frequentibus dilectibus. Exposuimus ad Hadriani vitam.

3 *Italica allectione contra Trajani præcepta.*] Italiam bellis civilibus exhaustam coloniis frequentaverat Augustus: simul exemplum futuris principibus dederat, ut milite Italico parciùs numeros explerent. quod adeò servatum est, ut scribat Herodianus libro secundo, Italos traductis pridem animis ab arte militari ad pacis artes, uni agricolationi operam dare. Cùm igitur milite provinciali legiones subinde supplerentur, maximè autem Hispanico; soliti principes exhausta per provincias oppida Italicis colonis frequentare: quod postea Trajani lege vetitum fuisse ex hoc unico loco discimus.

4 *Verecundè consuluit.*] Cum multa & accurata excusatione, qua publicè est usus: ut appareret ipsum, salva in Trajanum reverentia, legem Trajani migrare.

5 *De vicesima hereditatum.*] Adi ad juris auctores, & Plinium in Panegyrico.

6 *De tutelis libertorum.*] Ita membranæ. Legitimæ tutelæ species quædam est libertorum aut libertarum tutela: de qua traduntur multa à juris civilis Romanorum auctoribus: quod tamen huc faciat, opinor, extat nihil. Alii libri scribunt, *liberorum.* hoc est, de iis quos patres liberis suis possent tutores dare aut non possent. ita exponimus, quia non dicit simpliciter, *de tutelis*: aut, *de tutelis pupillorum.* Multa autem de tutelis sancita esse à Marco ignorat nemo, qui leviter saltem in Pandectarum lectione sit versatus.

GRVTERVS.

6 *De tutelis libertorum.*] Sic quoque Pal. non *liberorum*, quod heic convenientius videri queat.

CASAUBONUS.

7 *De bonis maternis.*] Rectè: nam jus novum introduxit Marcus, ut matribus liberi ab intestato succedant: atque hoc est quod modò orationem D. Marci nominant; modò Senatusconsultum Orphitianum: quia Orphito & Rufo Coss. fuit factum. fusè de his apud Jurisconsultos.

1 *Utque*

[1] utque senatores peregrini quartam partem in Italia possiderent. Dedit præterea curatoribus regionum ac viarum potestatem, ut vel punirent, vel ad præfectum urbi puniendos remitterent [2] eos qui ultra vectigalia quicquam ab aliquo exegissent. Jus autem magis vetus restituit quàm novum fecit. Habuit secum præfectos, [3] quorum & auctoritate & periculo semper jura

1 *Utque senatores peregrini quartam partem in Italia possiderent.*] Non est novum jus, sed veteris reformatio quædam. Plinius libro sexto, epistola XIX. *Candidatos patrimonii tertiam partem conferre jussit princeps in ea quæ solo continerentur: deforme arbitratus, ut erat, honorem petituros, Urbem Italiamque non pro patria, sed pro hospitio aut stabulo quasi peregrinantes habere.* Qui è provinciis fiebant senatores, non ideo cogebantur prius domicilium deserere: ut etiam habetur diserte in titulo De senatoribus. propterea hujusmodi opus fuit legibus.

2 *Eos qui ultra vectigalia quicquam ab aliquo exegissent.*] Lege titulum Pandectarum, De publicanis & vectigalibus. At liber regius, *ultra vehicula*: ut referatur ad eos qui cursum publicum usurpabant: de quibus multa scimus à variis principibus constituta.

GRUTERUS.

2 *Qui ultra vectigalia quicquam ab aliquo exegissent.*] Haud secus Pal. non *vehicula*, quod heic minus locum suum tueatur. Diximus de istis adfatim ad illa Taciti: *Ergo edixit princeps, ut leges cujusque publici, occultæ ad id tempus, proscriberentur.*

3 *Quorum ex auctoritate & periculo semper jura dictavit.*] Videatur heic Casaubonus noster, nec non Cujacii liber v. Observ. cap. 25. non possum tamen mihi persuadere aliud esse *periculum*, quàm *breviculum*: de quo certius quid opinarer si incidissem in testimonia, quorum, tanquam laudata à doctissimo Savarone, meminit Casaubonus noster.

CASAUBONUS.

3 *Quorum & auctoritate & periculo semper jura dictavit.*]Scrib. *quorum ex auct.* non solùm usus est consilio jurisconsultorum; sed & formulam secutus ab illis sibi præscriptam. Sic in Codice *sententias ex periculo recitare.* primus Jacobus Cujacius in his & similibus locis quid significaret vox *periculum*, docuit, certisque testimoniis, acerrimi judicii vir, comprobavit. docuit idem nuper testimoniis etiam aliis Joannes Savaro vir eruditissimus, & in omnibus recentioris Latinitatis scriptoribus exercitatissimus.

SALMASIUS.

3 *Quorum & auctoritate & periculo semper jura dictavit.*] Mihi placet nihil mutari. Verba autem ipsa haud scio an illam sententiam admittant, ut Marcus non solum usus sit consilio jurisperitorum, sed etiam formam ab eorum ab iis præscriptam. de præfectis enim loquitur urbis & prætorio, quorum auctoritate ac periculo jura dictitasse Antoninum refert. Judices ex periculo sententiam recitabant, hoc est ex tabella. sed heic aliud est, ut mihi quidem videtur. cum auctores alicui sumus aliquid faciendum, jubemus ut periculo nostro faciat. sic judices periculo suo judicare dicebantur, à quibus appellari non licebat: quos *periculi sui judices* elegantèr vocat Ammianus Marcellinus. à præfectis non appellabatur. & præfectus quidem prætorio semper vice sua judicavit; præfectus urbi non semper. auctoritate igitur ac periculo suorum præfectorum jura semper dictavit.

ra dictavit. Usus autem est Scævola præcipue juris perito. Cum populo autem non aliter egit quàm est 12
actum sub civitate libera. Fuitque per omnia moderatissimus in hominibus deterrendis à malo, invitandis ad bona, remunerandis copia, indulgentia liberandis: fecitque ex malis bonos, ex bonis optimos: moderate etiam cavillationes nonnullorum ferens. [1] Nam quum quendam Veterasinum famæ detestandæ honorem petentem moneret [2] ut se ab opinionibus populi vin-

ctavit Marcus, id est, præfectis suis potestatem absque provocatione judicandi semper concessit. scribit autem Jurisconsultus lib. 1. de appellationibus, interdum ab imperatore ita solere judicem dari ne liceat ab eo provocare: & Divum Marcum sæpissime sic judices dedisse. si periculum heic pro tabella accipi placeret, tum legerem: *præfectos secum habuit, quorum auctoritate ex periculo semper jura dictavit.* sed ea lectio multis de causis mihi non probatur. periculum autem pro indiculo vel tabella, ac titulo Latini dixerunt exemplo Græcorum qui ἔλεγχον vocarunt. sic *periculum facere*, ἔλεγχον ποιεῖν, ἔλεγχον διδόναι, pro experimentum facere, & experiri. hinc ἔλεγχος & periculum idem. hinc etiam Elenchi, genus margaritarum, quo Latini titulos vel titulatos appellarunt.

1 *Nam cum quemdam Veterasinum.*] Non probo emendationem doctissimorum hominum: *veretrasinum.* nam hunc ideo famæ detestandæ hominem vocat Capitolinus, quod sæpius ad bestias pugnasset. debet igitur illius infamis hominis heic nomen esse proprium. Palatinus habet: *Vetrasinum.* forte: *Vetrasium* vel *Vitrasium.* Digest. de excusationibus, Bitrasius Pollio quidam dicitur: *Imperator Hadrianus Bitrasio Pollioni legato Lugdunensi.* *Vetrasinum* igitur seu *Vetrasium*, vera hujus loci scriptura. Vitrasii alii noti ex veteribus lapidibus.

GRUTERUS.

1 *Cum quendam Vetrasinum.*] Vulgo editi *Veterasinum*: sed malunt alterum membranæ Palatinæ.

CASAUBONUS.

1 *Cum quendam Vetrasinum.*] Ridicula lectio. Sed non assentior Petro Fabro, qui censebat scribendum *q. harenarium.* Quis putet ullum principe Marco harenariis ad honores fuisse aditum? erant enim definitionibus legum infames, & intestabiles. Quod autem ex hujus impuri verbis auctor subjicit, de suis & aliorum qui postea prætores facti pugnis; obtrectandi studio & licentia ab illo dictum potiùs quàm quòd ita res esset. Adde quòd non omnes qui in harenam descendunt, sunt harenarii. Potest scribi *Vitrasium.* fuit Romæ ea tempestate nota gens Vitrasia: unde & Vitrasiano senatusconsulto nomen. potest etiam, *Veretrasinum*, ut accedamus propiùs ad vestigia editæ lectionis. eam vocem ad Lampridii Commodum explicamus. At regius codex, *Nam cùm quendam juvenem.*

2 *Ut se ab opinionibus populi vindicaret.*] Hoc est, sermonibus & rumoribus, qui de eo sinistri jactabantur: id enim est *opinio* & *opinari*, ut ad Suetonium observabamus. B. Ambrosius ad virginem lapsam: *Cùm ante triennium rumor quidam & susurratio de te fuisset, quos æstus ego sustinui? quos præter tuus pro tua sustinuit opinione labores?*

requi-

vindicaret, & ille contrà respondisset, multos qui secum in harena pugnassent, se prætores videre, patienter tulit. Ac ne in quenquam facilè vindicaret, [1] prætorem quoque dum pessimè egerat, non abdicare se prætura jussit, sed collegæ jurisdictionem mandavit. [2] Fisco in causis compendii nunquam judicans favit: [3] sanè quamvis esset constans, erat etiam verecundus. Posteaquam autem à Syria victor frater rediit, patris patriæ nomen ambobus decretum est, quum se Marcus absente Vero ergà omnes senatores atque homines moderatissimè gessisset. [4] Corona præterea civica oblata est ambobus, petiitque Lucius ut secum Marcus triumpharet. Petiit præterea Lucius ut filii Marci Cæsa-

requirentes singulos, singulos astringentes, ut ad auctorem infamiæ veniremus.

SALMASIUS.

2 *Ut se ab opinionibus populi vindicaret.*] Opiniones heic populi de illo Vetrasio vel Vetrasino, malæ & in malam partem. nam *opinio* ut *fama*, est τῶν μέσων. unde & opinari bene aut male de aliquo. recentioris tamen Latinitatis auctores frequentius in bonam accipiebant *opinari*. unde *opinati duces*, optimi & præstantissimi, καὶ δεδοκιμασμένοι. Aldelmus: *David opinatissimus regum.* sic Vigilius: *Augustinus opinatissimus doctorum.* Glossæ veteres: δεδοκιμασμένως, *opinate.* item alibi: *Opinatus, existimatus*, ἔνδοξος.

1 *Prætorem quoque dum pessime egerat.*] Vetus editio: *prætorem quique dum.* ita & Regius. at optimus Palatinus: *prætorem qui quædam pessime egerat.* & ita omnino scribendum.

GRUTERUS.

1 *Prætorem qui quædam pessimè egerat.*] Sic nullo apice minus Palat. codex. nam malè retrò cusi, *prætorem quoque dum pessime egerat.*

CASAUBONUS.

1 *Prætorem quoque dum pessimè gerat.*] Reg. *pr. quique dum p. e.* Lege, *prætorem qui quiddam p. e.* vel *quædam.*

2 *Fisco in causis compendii nunquam favit.*] Fisci mala caussa nunquam nisi sub bono principe: ait Plinius in Paneg.

3 *Sanè quamvis esset constans, erat etiam verecundus.*] Non est hîc *verecundus* αἰσχυντηλὸς, sed αἰδήμων, & is qui rogatus negare non sustineret. Sic Græci αἰδεῖσθαι, pro, cedere precibus. unde apud poëtam αἰδεῖσθαι ἐπῇα. & passim αἰδεῖσθαι τὸ ἐπέτλω. poëta Latinus,

— *sed jura fidemque*
Supplicis erubuit. —

Verecundiæ illi quam Capitolinus hic intelligit, affinis est quæ propriè Græcis cùm nimia est, δυσωπία dicitur. sed à nimietate hujus affectus Marcum defendit auctor his verbis, *erat verecundus sine ignavia*: quæ initio hujus vitæ posita, necessariò cum illis conjungenda. Ammianus libro XXI. *Marci illius dissimilis, principis verecundi.*

4 *Corona præterea civica.*] Propter summam hujus coronæ nobilitatem, ejus honos jam inde ab Augusto ad imperatores est translatus.

1 Tan-

Cæsares appellarentur. Sed Marcus [1] tanta fuit moderatione ut quum simul triumphasset, [2] tamen [3] post mortem Lucium tantum Parthicum, Germanicum se vocaret, quod sibi bello proprio pepererat. In triumpho autem liberos Marci utriusque sexus secum vexerunt, [4] ita tamen ut & puellas virgines veherent. [5] Ludos etiam ob triumphum decretos spectaverunt habitu triumphali. [6] Inter cætera pietatis ejus hæc quoque moderatio prædicanda est: [7] Funambulis post pue-

1 *Tanta fuit moderatione.*] Reg. *tantæ fuit moderationis.*

2 *Tamen post mortem Lucium.*] Apertè mendosam scripturam sic emendabam: *tamen post mortuum Lucium, eum tantùm Parthicum, Germanicum se vocaret.* sed aliter statuendum auctoribus membranis: in quibus *Lucii* scriptum est, voce *Parthicum* prætermissa. Scribe igitur, *post mortem Lucii tantùm Germ. s. v.*

4 *Ita tamen ut & puellas virgines veheret.*] Erat moris jam olim, ut cum patre triumphante veherentur in curru, non pueri solùm, sed & puellæ. Appianus in accurata triumphi descriptione, libro de bellis Punicis: ἐπιβαίνουσι δ' αὐτῷ ἐπὶ τὸ ἅρμα παῖδές τε καὶ παρθένοι, καὶ ἐπὶ τῶν παρηόρων ἑκατέρωθεν νέοι συζυγεῖς. τὸ *tamen* hic non est particula adversativa: sed παρελκή, ut aliquoties in his libris.

5 *Ludos ob triumphum decretos.*] Qui etiam ludi aut victoriæ aut victoriales dicuntur.

6 *Inter cætera pietatis ejus quoque moderatio prædicanda est.*] In Sio, *Inter argumenta pietatis ejus & hoc habetur.*

SALMASIUS.

2 *Tamen post mortem Lucium tantum Parthicum.*] Nec mendosa est hæc scriptura, nec eget emendatione. abest quidem vox *Parthicum* veteri editioni: sed Palatinus agnoscit. si quid esset mutandum, sic esset: *tamen post mortem Lucii, Lucium tantum Parthicum, se vero Germanicum vocaret.* vel si *post mortem* tantum legamus, facile erit intelligere mortem Lucii. frequens autem istis auctoribus non semel ejus nomen de quo loquantur in eadem periodo ponere, ut infra: *urgente Lucio in urbem rediret, quod urbanas Lucius desiderabat voluptates.* & alibi pluribus in locis. Parthicum autem etiam appellatum Marcum dum viveret Lucius, ostendit Capitolinus supra: *profligato autem bello uterque Parthicus appellatus est.* sed hoc quoque sibi Marcus delatum nomen repudiavit, quod postea recepit, ut ex hoc loco apparet. mortuo Lucio, Lucium tantum Parthicum, se vero Germanicum vocavit, quod nomen sibi proprio specialique bello pepererat, posset etiam legi: *post mortem Lucii eum tantum Parthicum, se vero Germanicum vocaret.*

GRUTERUS.

3 *Post mortem Lucii tantùm Germanicum se vocaret.*] Accedit prorsus ad hanc aliorum authenticorum scripturam Pal. nisi quod habeat, *Lucium.* editi prius, *Post mortem Lucium tantum Parthicum Germanicum se vocaret.*

7 *Funambulis post puerum lapsum culcitas subjici jussit.*] Sic initio fuit in Palatino integro. sed factum deinde *Cunabulis post puerorum lapsum culcitas*; quomodo vulgati, perperam. vult enim pueri funambuli casum occasionem præbuisse huic remedio. quamvis possit quoque retineri, *puerorum*; uti

plures scilicet deciderint. planè Palatinus in quo excerpta præfert: *Funambulis post puerorum lapsum culcitas, &c.* qui heic propugnant *cunabula*, non faciunt illi quidem absurde: sed difficilius forte probaverint rete ideo præpansum cunabulis ne inde exciderent pueri, quàm ego ostendero schœnobatis rete subtensum ne deciderent in perniciem suam, & fortassis etiam spectatorum, quod suo ævo obtinuisse, indicare voluit Capitolinus.

SALMASIUS.

7 *Cunabulis post puerorum lapsum.*] Diu est cum debuit hæc lectio in ultimas & solas terras amandari: nihil enim illa perversius & inquinatius. cui tamen favent eruditissimi viri. De funambulis autem loqui velle Capitolinum certo certius est, non de cunabulis. quod pæne ridiculum est. Qui enim illi pueri aut quomodo lapsi, quorum cuuis subjici culcitas jusserit Marcus? pluribus refelli non meretur hæc scriptura. legendum igitur ex Palatino & veteri editione: *funambulis post puerum lapsum, culcitas subjici jussit. post puerum lapsum*, non *post lapsum puerorum*. nec enim credibile tot pueros lapsos esse. Hic ergo sensus est: Cum funambulus puer lapsus esset, & ut credi par est, collum fregisset, Marcus qua erat moderatione & pietate, ne quid tale postea eveniret, funambulis culcitas subjici jussit, ut si laberentur funambuli, culcitis excepti nihil mali paterentur. sequitur: *unde hodieque rete præfendetur.* Hoc quidem nemo auctor prodidit: sed num propterea minus verum, cum apertum sit id dicere Capitolinum, ætate sua loco culcitarum quas subjici jusserat Marcus, rete solere prætendi funambulis, ut si fune laberentur, reti quod prætendebatur suscepti, ad terram usque non devenirent? *Recte* habet Palatinus. sed pro *rete* positum est.

CASAUBONUS.

7 *Cunabulis post puerorum lapsum culcitras subjici jussit.*] Reg. *Funabulis*: sine dubio pro *funambulis*. Scribimus igitur *Funambulis post puerorum lapsum.* Et notum est quanto cum sui capitis periculo artem quam profitentur funambuli exerceant. Quare non raro videmus accidere, ut vel peritissimi usque maximo prædititi schœnobatæ de sublimi fune lapsi funus invenirent: quod Simoni mago evenisse multi tradunt. & sunt ad manum de periculo & casibus funambulorum ab multi veterum scriptorum, quos alibi afferimus. Neque potest obscurum esse quo pertineat ingeniosum illud principis humanissimi de culcitis subjiciendis inventum. Etiam hodie solet culcita excipi funambulus, cum pectori incumbens, per extentum funem, volanti similis deorsum fertur. Sed hæc culcita hodiernis funambulis hoc solum præstat, ne descenturi de caradromo caput solo illidant: quod sine certa pernicie non facerent. in ipso quidem agone dum rapidissimo feruntur impetu, si ceciderint, nihil eos culcita extremo tantum caradromo subjecta juvent. Quo periculo ut eos liberaret Marcus, per totum spatium quà funis creditur, culcitas jussit subjici. Ait autem *post puerorum lapsum*, occasionem indicans quæ Marcum impulit, ut hoc excogitaret. nun enim assentiri debemus optimo & eruditissimo viro, Octavio Pantagatho, qui ut accepimus à præstantissimo Puteano, legendum censuit, *Funambulis post illum lapsum*, damnata voce *puerorum*. cum tamen magistra experientia constet, & pueros & puellas schœnobaticam exercere. Spectavimus nos aliquando Francofurdi ad Mœnum duas puellas Parisienses, quarum usu & peritia hujus artis magistris suis, quamvis exercitatissimis, vincederent. Ita igitur hunc locum interpretabimur, si regium codicem secuti, scribamus *funambulis*. Sed sequentia quomodo interpretabimus? *unde hodieque rete prætenditur*, aut quis veterum hujus moris fecit mentionem?

puerum lapsum culcitras subjici jussit: unde hodieque rete prætenditur. Dum Parthicum bellum geritur, 13
natum est *Marcomannicum*, quod diu [1] eorum qui aderant arte suspensum est, ut finito jam orientali bello Marcomannicum agi posset. Et quum famis tempore populo insinuasset de bello, [2] fratre post quinquennium reverso, in senatu egit, ambos necessarios dicens bello Germanico imperatores. [3] Tantus autem terror belli Marcomannici fuit, [4] ut undique sacerdotes

nem? cùm tamen funambulorum tot scriptores Græci Latiniq; meminerint. Ex illis cognoscimus, nihilo post Marcum fuisse minora istorum pericula, quàm priùs. Quamobrem vulgatam lectionem *cunabulis*, quam & scripti plerique retinent, damnare non possumus. Sententiam quæ optima simul & planissima est, fuse explicamus in Commentario De lectis & stragula veterum veste, capite de cunis infantium. Ita legit & Robertus Bononiensis. sic enim refert: *Inter cætera argumenta pietatis Antonini* (sic semper Marcum nominat) *hoc notabile fuit: quod mandavit ut culcitræ ponerentur sub cunis puerorum, ne cùm caderent offenderentur.* Omittit Robertus quod sequitur de reti: sine dubio, quòd illud quò pertineret, non assequeretur. Appellat verò Capitolinus rete, vela reticulata cunis prætendi solita, instar conopei, quo lecti muniuntur. *reticulum* vocat Spartianus in Vero, ut ibi exposuimus. Paulus Silentiarius epigrammate in conopeum:

Καλλιγάλοις λέκτροις ἐπικείμεθα· εἰμὶ δὲ κεδνῆς
Δίκτυον ἐ Φοίβης, ἀλλ' ἀπαλῆς Παφίης.

Culcitras scribit regius, cum vulgatis: rectius *culcitas* cum Pandectis Pisanis & libris melioribus.

1 *Eorum qui aderant arte.*] Ducum Romanorum solertiâ, qui vicinum in Pannonia limitem tuebantur.

2 *Fratre post quinquennium reverso.*] Constat ratio: nam in Vero dicitur hoc bellum per quadriennium esse actum, non tam à Vero, quam à legatis Veri. in itu & reditu aut belli apparatu, vel ordinatione provinciæ bello confecto, annus insumtus. cùm igitur anno secundo imperii sui & Marci profectus esset Verus, ut non obscure significat Eusebius, incidat ejus in urbem reditus in annum sextum imperii utriusque. Quare minus recte in eodem Eusebii chronico verba ista, *Lucius Cæsar de Parthis cum fratre triumphavit*, è regione anni quinti sunt adscripta.

SALMASIUS.

3 *Tantus autem terror belli Marcomannici fuit.*] Scribe ex eodem Palatino: *tantus autem timor.* Timor enim ex parte Romanorum erat qui Marcomannos, & ab illis bellum timebant. nec aliter legit Mediolanensis editio.

GRUTERUS.

3 *Tantus autem terror belli Marcomannici fuit.*] Vox *fuit* forsan attexta à librariis. planè non comparet in Pal. nisi à manu secundâ.

CASAUBONUS.

4 *Ut undique sacerdotes accierit.*] Puto tunc accidisse propter ingentem numerum victimarum quæ mactabantur, & in futurum mactandæ vovebantur, ut jocis urbanorum hominum perstringeretur hic imperator:

dotes Antoninus acciverit, peregrinos ritus impleverit, [1] Romam omni genere lustraverit, retardatusque à bellica profectione sit. celebravit & Romano ritu lectisternia per septem dies. [2] Tanta autem pestilentia fuit [3] ut vehiculis cadavera sint [4] exportata [5] sarracisque. [6] Tunc autem [7] Antonini leges sepeliendi sepul-

cùm dicerent, boves, si victor rediret Marcus, defuturos: quod testatur illud apud Ammianum Marcellinum, & in Anthologia, distichum.

Οἱ βόες οἱ λόγοι Μάρκῳ τῷ Καίσαρι χαίρειν·
Ἢν ὃ σὺ νικήσῃς, ἄμμες ἀπωλόμεθα.

idem postea jactatum de Juliano Parthicam expeditionem parante.

1 *Romam omni genere lustraverit.*] Usitatum lustrationis genus fuit, ut vel aspergine circumlatæ aquæ urbes expiarent. Tertullianus libro De baptismo: *villas, domos, templa, totasque urbes, aspergine circumlatæ aquæ expiant passim*: vel ipsas victimas cùm pomœria aut muros urbis ducerent. Polybius in quarta historia: Μαυλεῖς καὶ καθαρμὸν ἐποιήσαντο, καὶ σφάγια περιήγεσαν τῆς τε πόλεως κύκλῳ καὶ τῆς χώρας.

2 *Tanta autem pestilentia fuit.*] Scribe cum Regio, *Tanta autem tunc pes.* vel ut nobis placebat, *Tanta ea tempestate pestil. f.*

3 *Ut vehiculis cadavera sint exportata sarracisque.*] Cùm de more honestiores in lectis efferrentur; vel pauperes, populari saltem sandapila, non vehiculis, ut tunc: & quidem ad sordidos usus comparatis. tale enim sarracum fuit: ideò rectè Quintiliano positum inter sordida vocabula, libro octavo, capite tertio.

SALMASIUS.

4 *Exportata sarracisque.*] *Serracisque.* Serracum & Sarracum dicebatur, & erat hæc vox jam optimis Latinitatis temporibus usitata. Juvenalis:

—— *corruscat*
Serraco veniente abies ——

Glossæ: *Sarraca*, ἅμαξα. Ammianus Marcellinus, lib. XXXI. *cumque ad graminea venerint in orbiculatam figuram locatis sarraclis ferino ritu vescuntur. sarraclis*, hoc est sarraculis. corrigendus error est eruditorum hominum quibus hodie persuasum est *soracum*, cujus apud Festum mentio & Horatium illo versu,

—— *plenis lubet intorquere soracis*,

idem esse cum sarraco. tantum sanè interest quantum inter cophinum & plaustrum. Soracum enim vox est mere Græca, nam σόρακος illis dicitur. quem ita exponit Pollux: πέζαι δὲ καὶ σόρακος ὠνομάζοντο τοῖς κωμῳδοποιοῖς ἅτινα ὠνομάζετο τὸ ἀρχαῖον ὑπὸ τινὶ σκόνῃ τῆς ὑποκριτῶν. cui expositioni parem adfert Festus; *Soracum*, inquit, *quo ornamenta portabantur scenicorum.* Aristophanes:

κακῶν τοσούτων σαυτὸν ἐλέ μοι τὸν σόρακον.

non est igitur *soracum* vehiculum. neque illos sequendos puto, qui apud Juvenalem omnibus locis ubi *sarracum*, legitur, *soracum* non dubitant reponere. cum vero in σόρακος vel soracum prima producta legatur, secunda correpta, vice versa posuit Horatius prima brevi, secunda longa: nam σόρακον in illo versu Aristophanis supra adducto δακτυλικὸν est. & sic apud Plautum:

Librorum eccillum habeo plenum soracum.

GRUTERUS.

5 *Sarracisque.*] Pal. *serracisque.*

CASAUBONUS.

6 *Tunc autem Antonini leges sepeliendi se-*

crorumque aſperrimas ſanxerunt : [1] quandoquidem cave-

di ſepulcrorumque aſperrimas ſanxerunt.] Quia graſſante peſtilentia violari ſepulcrorum jura ſolebant, aliàs ſanctiſſima : ideo novis legibus hiſce fuit tum opus : & eo quidem aſperioribus, quo vehementior erat vis morbi. Declarant hunc locum Thucydidis verba è deſcriptione illa accurata peſtilentiæ Athenienſium. ὑπερβιαζομένου, ait, καὶ οἱ ἄνθρωποι οὐκ ἔχοντες ὅ, τι χρήσωνται, εἰς ὀλιγωρίαν ἐτράποντο καὶ ἱερῶν καὶ ὁσίων ὁμοίως· νόμοι τε πάντες συνεταράχθησαν, οἷς ἐχρῶντο πρότερον περὶ τὰς ταφάς. ἔθαπτον δὲ ὡς ἕκαστος ἠδυνήθη, καὶ πολλοὶ ἐς ἀναισχύντους θήκας ἐτράποντο, πολλῷ τῷ ἐπιτηδείῳ, ἀφ' τοῦ συχνοὺς ἤδη προτεθνάναι σφίσιν. ἐπὶ πυρὰς γὰρ ἀλλοτρίας, φθάσαντες τοὺς νήσαντας, οἱ μὲν ἐπιθέντες τὸν ἑαυτῶν νεκρὸν ὑφῆπτον, οἱ δὲ καιομένου ἄλλου, ἄνωθεν ἐπιβάλλοντες ὃν φέροιεν, ἀπῄεσαν. Hæc Thucydides: quæ, ut diximus, planè hunc Capitolini locum illuſtrant: nam ex illis optimè intelligas, quas ſepeliendi leges, & ſepulcrorum ferre tum imperatores fuerit neceſſe. Conſtituiſſe autem nonnulla Divos fratres de jure ſepulcrorum, utcumque colligas ex iis qui ſuperſunt libris juris : ut ex lege ſexta De religioſis, & ſumtibus funerum : & lege tertia De ſepulchro violato : & ſi quæ ſunt alia ex eorum conſtitutionibus quæ illuc ſpectabant Pandectarum libris aſperſa.

GRUTERUS.

7 *Antonini leges ſepeliendi ſepulcrorumque aſperrimas ſanxerunt.*] Pal. *aſperrima*, quod etiam ferri queat.

CASAUBONUS.

1 *Quando quidem caverunt, ne uti quis vellet fabricaret ſepulcrum.*] Hæc lectio eſt membranarum : ubi diſertè ſcriptum *ne*, ſecus quàm in vulgatis. coërcentur hac lege immodici heredum ſumtus circa ſepulcra: quæ pro defuncti conditione ad certum modum impenſarum Marcus redegit. Sed cùm peſtilentiæ tempore hæc lex ſit lata, quando catervatim homines moriebantur, non video quàm opportuna lex iſta fuerit. nam ut docebamus ex Thucydide, tali tempeſtate incuriam potiùs heredum circa defunctos, habuit Marcus caſtigare, quàm luxum coërcere. Quare unius vocis adjectione locum ita cenſeam potiùs integrandum : *quando quidem caverunt, ut ſi quis ſuccedere vellet, fabricaret ſepulcrum.*

SALMASIUS.

1 *Quando quidem caverunt ne uti quis vellet fabricaret ſepulcrum.*] Difficile ſit, magis contaminatam corruptamque lectionem in his auctoribus invenire, quam hæc eſt : quamque minus recte meo judicio emendaverint viri docti. ſed ne longum ſit, veterem ſcripturam Palatini Codicis proponamus, ea ſic habet : *Tunc autem Antonini leges ſepeliendi ſepulcrorumque aſperrimas ſanxerunt, quandoquidem ita caverunt, ne quis velle fabricaritur ſepulcrum.* ita ne minus una quidem littera vetus liber, cui nos plurimum credimus. ex quo facimus : *quandoquidem ita caverunt, ne quis belle fabricaretur ſepulcrum.* haud magnæ mutationis negotium fuit, de *velle*, *belle* fabricari. belle autem ſepulcrum fabricari, eſt ſumptuoſe ſepulcra ædificare & marmoribus & aliis ejuſmodi decorare : quod vetuerunt illo in tempore, cum peſtis ubique graſſaretur, Antonini, caveruntque ne quis belle ſepulcrum conderet. Belle autem pro decore & magnifice non heic tantum ſed alibi poſitum leges. merito igitur ita cavetunt prudentiſſimi imperatores : ne multum temporis impenderetur extruendis magnificis ſepulcris, & mora illa retardarentur ſepulturæ : quod minime oportuit in tanta ſepeliendorum homi-

caverunt, [1] ne uti quis vellet fabricaret sepulcrum: quod hodieque servatur. Et multa quidem millia pestilentia consumpsit, multosque ex proceribus: quorum amplissimis Antoninus statuas collocavit. [2] Tantaque clementia fuit, [3] ut & sumptu publico [4] vulgaria funera juberet efferri: [5] & plano cuidam qui diripiendæ urbis occasionem cum quibusdam consciis requirens, de caprifici arbore in campo Martio conciombundus, ignem de cœlo lapsurum, [6] finemque mundi affore diceret, si ipse lapsus ex arbore in ciconiam verteretur: quum statuto tempore decidisset, atque ex sinu ciconiam emisisset, perducto ad se atque confesso veniam

hominum & fabricandorum sepulcrorum multitudine. ne igitur circa ornanda & decoranda belleque extruenda monumenta diu hærerent artifices, jusserunt ut ne quis bella decoraque sepulcra curaret facienda fabricandaque. & hanc hujus esse loci sententiam facile mihi persuadeo.

GRUTERUS.

1 *Ne uti quis vellet fabricaret sepulcrum.*] Lectio importuna. tale enim nihil præcipiendum veniebat tempore pestis; sed potius, ne quis negligeretur ab heredibus, ut rectè monuerunt viri eruditissimi. Palatinus nihil nobis opitulatur, nisi quod detegat falsitatem scripturæ: habet enim, *ne qui velle abfricaretur sepulcrum.*

CASAUBONUS.

2 *Tantaque clementia fuit.*] Abutitur voce *clementia*: nam ὁσίαν, & pietatem erga defunctos intelligit. sed respexit ad historiam de plano, quæ posteriore tamen loco posita est.

3 *Ut & sumtu publico vulgaria funera juberet efferri.*] Reg. *fieri.* Æmilius Probus, sive is est Cornelius Nepos, in Cimone, *complureis pauperes mortuos, qui unde efferrentur non reliquissent, suo sumtu extulit.* Aurelius Victor, *Gallo Volusianoque favor quæsitus, quòd auxii studioseque tenuissimi cujusque exsequias curarent.* Sed quòd isti privato sumtu, vel publico extra ordinem, pauperes mortuos extulerunt; melius ei rei vetus ecclesia prospexit: instituto certorum hominum ministerio, quos copiatas & parabolanos, sive parabolarios dixerunt: qui pauperibus quocunque genere valetudinis ægrotis adessent, ac mortuos sepelirent. de his habes in Codice, Novellis Justiniani, & jure canonico.

5 *Et vano cuidam.*] Ita nostri codices. at liber Fulvii Ursini *plano.* usitatiùs, & meliùs.

6 *Finemque mundi affore diceret.*] Scribe *dicebat*: ut in Regio.

SALMASIUS.

4 *Vulgaria funera juberet efferri.*] *Juberet & eo ferri*, Palatinus mendose, ex quo in veteri editione, qui illam procuraverunt, legi voluerunt, *ex eo fieri*: quæ manifesto nata est lectio ex illa Palatina: *& eo fieri.* verum est *efferri.*

5 *Et vano cuidam.*] Palatinus cum Ursini codice consentit: habet enim, *& plano cuidam.* & ita restituendum. Glossæ: *planum, fallacem,* δόλιον & πλάνον, πλάνον quoque Græci dicunt.

1 Pro-

veniam daret. [1] Profecti itaque sunt paludati ambo 14
imperatores, [2] Victovalis & Marcomannis cuncta turbantibus, aliis etiam gentibus quæ pulsæ à superioribus barbaris fugerant, nisi reciperentur, bellum inferentibus. Nec parum profuit ista profectio, [3] quum Aquileiam usque venissent. Nam plerique reges & cum populis suis se retraxerunt, & tumultus autores interemerunt. Quadi autem amisso rege suo, non priùs se confirmaturos eum qui erat creatus, dicebant, quàm id nostris placuisset imperatoribus. [4] Lucius tamen invitus profectus est, [5] quum plerique [6] ad legatos imperaleiæ: quo & se venire jussum à Marco scribit.

4 *Lucius tamen invitus profectus est*] Invitum traxit Marcus. vide in Vero.

CASAUBONUS.

1 *Profecti itaque sunt.*] Sic regius. erat prius, *pr. tamen sunt.* Scribebam *tandem.* ut hac voce indiceretur mora biennii in belli hujus apparatu consumta.

2 *Victovalis & Marcomannis cuncta turbantibus.*] Erat editum, *Parthis & Marc.* absurdè: cùm neque fuerit quicquam commune Parthis cum Marcomannis: & bellum Parthicum nullum tum sit gestum. rescripsimus ut habetur in regio. Victovali jam inde à temporibus Trajani inter inimicas Romanis gentes innotuerunt. meminere Eutropius, Ammianus & alii: Capitolinus quoque iterum post pauca. Aliis dicuntur *Victophali*, quibusdam *Victuhali*: Pæanio Βικτοῦαλοι. tot modis densior aspiratio inter vocales exprimitur.

3 *Cùm Aquileiam usque venissent.*] Qui? nam potest utrovis modo accipi: sive de Marco & Vero, sive de hostibus: quos Marci temporibus usque ad vicina Aquileiæ loca progressos esse, testes Lucianus in Pseudomanti, & Dio. & addit Lucianus eam urbem penè interceptam à Barbaris. accipio tamen de imperatoribus: quos Aquileiam venisse, iterum in Vero dicitur. auctor verò Galenus libro Περὶ τῆς τριβῆς, consilium fuisse Marci & Veri hibernare Aquileiæ: quo & se venire jussum à Marco scribit.

4 *Lucius tamen invitus profectus est*] Invitum traxit Marcus. vide in Vero.

SALMASIUS.

2 *Victovalis.*] *Victualis*, Palatinus: & ita semper Ptolemæo, Βικτοῦαλοι. Latine, Victoali vel Victuali, & Victovali.

3 *Cum Aquileiam usque venissent.*] Aquileiæ hiemabant imperatores ut statim ineunte vere in Marcomannos proficiscerentur. Galenus τῶν ἰδίων βιβλίων ἀφικέτο δὲ εὐθέως ἐξ Ἀκυλήας τὸ τῶν αὐτοκρατόρων τρέμμα. καλέσαντα με, τοῦτον δὲ αὐτὸ ἠμφίεσε ἐπὶ τὰς Γερμανὰς ἐξελαυνέν.

GRUTERUS.

1 *Profecti itaque sunt paludati ambo Imperatores.*] Sic regius codex. at noster heic adhæret vulgatis: *Profecti tamen sunt*, quod retineri queat, quemadmodum & infra: *Lucius tamen invitus profectus est*; nisi mutare velimus in *tandem*, ut placebat viris summis.

6 *Victovalis & Marcomannis.*] Pal. unâ literâ minus, *Victualis.*

CASAUBONUS.

5 *Cum plerique ad legatos imperatorum mitterent.*] Cur ad legatos, cùm ipsi

peratorum mitterent, defectionis veniam postulantes. Et Lucius quidem [1] quòd amissus esset præfectus prætorio Furius Victorinus, [2] atque pars exercitus interisset, redeundum esse censebat: Marcus autem fingere barbaros existimans & fugam [3] & cætera quæ securitatem bellicam ostenderent, ob hoc ne tanti apparatus mole premerentur, [4] instandum esse dicebat. Denique transcensis Alpibus longiùs processerunt, compo-

imperatores adessent? Scribe, *cùm plerique ad imperatorem legatos mitterent.* in Vero, *De quo bello quid per legatos Barbarorum pacem petentium, quid per duces nostros gestum est, in Marci vita plenissime disputatum est.*

SALMASIUS.

5 *Quum plerique ad legatos imperatorum mitterent.*] Legatos nempe consulares, qui provincias barbaris vicinas regebant & in quibus belli semper aliqua suspicio esset. has provincias, quod annuis magistratibus regi non possent, sibi Cæsar reservavit, & per legatos consulares eas administrabat. barbari igitur ad illos legatos miserunt, qui limites tuebantur, & defectionis veniam postularunt. non repugnabo tamen si quis eruditissimo Casaubono assentietur legenti: *quum plerique legatos ad imperatorem mitterent.* nisi sit verius: *ad imperatores.* cum autem dicat Capitolinus Lucium tamen invitum profectum esse, non jam de profectione illa accipio qua Romam egressi Aquileiam usque venerunt, sed de ea qua Marcus ulterius pergere voluit & adversus Barbaros proficisci cum enim Aquileiæ hibernarent, & reges plerique se retraxerunt, & legatos miserunt defectionis veniam postulantes. quod cum fieret, Lucius redeundum esse censebat: Marcus autem ulterius tendendum, quod simulate illa fieri à barbaris crederet, ne mole belli premerentur. Sed verius est de tota profectione accipiendum quam non libenter Lucius aggrediebatur, cui urbanæ voluptates magis erant cordi. hæc adeo confuse & incondite narrantur ab hoc auctore, ut maximam orationis virtutem plerumque non habeat, id est perspicuitatem.

GRVTERVS.

6 *Ad legatos Imperatorum.*] Nihil abit ab hac scripturâ Pal. nec video cur ferri nequeat, in tantâ totius narrationis confusione.

1 *Quod admissus esset.*] Quamvis non abeat à vulgato, *emissus*, nostet Pal. placuit tamen Turnebi *admissus*; utique cùm item exstaret in ms. aliis.

2 *Atque pars exercitus interisset.*] Pal. *ut quæ pars, &c.*

3 *Et ea quæ securitatem bellicam ostenderent.*] Numquam memini fugam inter securitatis bellicæ signa; itaque aliud quid ei voci subsit oportet. an fuit? *quæ insecuritatem bellicam, &c.*

4 *Instandum esse ducebat.*] Ita præter Puteani codicem etiam Pal. non *dicebat*, ut vulgg.

CASAUBONUS.

1 *Quod amissus esset præfectus prætorio Furius Victorinus.*] Qui fortasse idem est cum Cornelio Victorino præf. præt de quo in vita Pii. Pro *amissus*, alii libri scribunt, *admissus*, quod Turnebo scimus probatum.

4 *Instandum esse dicebat.*] Puteani melius, *ducebat.*

1 *Via*

posueruntque omnia quæ ad munimen Italiæ atque Illyrici pertinebant. Placuit autem, urgente Lucio, ut præmissis ad senatum literis Lucius Romam rediret. [1] Via quoque posteaquam iter ingressi sunt, sedens cum fratre in vehiculo Lucius, [2] apoplexi arreptus periit.

1 *Via quoque posteaquam iter ingressi sunt.*] Corrupta, sine dubio, lectio: sed qualem veteres & scripti & editi exhibent. Videntur deesse nonnulla: multa enim in hac vita exscriptorum flagitia. Non displicet quomodo in nonnullis editionibus est emendatum: *Unâ quoque postea iter ingressi sunt.* etsi scribat idem Capitolinus in Vero non ambos esse profectos, sed Lucium solum in urbem destinatum. Verùm non constat sibi Capitolinus: sicut sequentia quoque arguunt. Melius autem ista cum sequentibus cohærebunt, si scribas: *Ubi autem postea unà iter ingressi sunt, sedens cum fratre in vehiculo Lucius, ap.*

SALMASIUS.

1 *Via quoque postquam iter ingressi sunt.*] Ita omnes libri, nisi quod Palatinus, *bia*, pro *via*. nec censeo corruptam aut mendosam lectionem. *via* enim dixit pro *in via*. in via autem extinctum esse Lucium omnes consentiunt. Galenus, καθ' ὁδὸν, his verbis quæ lucem huic loco adferunt: ἐπιδάντος δὲ μὲν τὴν Ἀκυλείας, κατέσκηψεν ὁ λοιμὸς ὡς ἔπω τοῦτερον. ὥστε τὸν μὲν αὐτοκράτορας αὐτίκα φεύγειν εἰς Ῥώμην ἅμα τραυματίας ὀλίγοις· ἡμᾶς δὲ τὸν πολλὸν μέλλοντα χρόνῳ πολλῷ ἀφαιρεῖσθαι, τοῦ εἰσιόντος ἀπὸ Πυθρίων, καὶ μόνον ἀφὰ τὸν λοιμὸν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀφὰ μέσου χειμῶνος εἶναι τὸ πρᾶγμα. μεταξὺ δὲ ἐξ ἀνθρώπων τὸν Λουκίου καὶ τὴν ὁδὸν, &c. nonnihil diversa sunt quæ heic narrat Galenus de illa peste, deque reversione imperatorum, ab historia Capitolini. primum enim pestem invasisse prius quam imperatores profecti essent scribit noster: Galenus vero, tum demum cum Aquileiæ hybernarent imperatores, à quibus Aquileiam evocatus, cum vix urbem ingressus esset, κατέσκηψεν, inquit, ὁ λοιμός. Deinde diversam causam assignant reditus in urbem imperatorum hic & ille. Capitolinus enim id datum vult precibus Lucii qui urgebat reditum quod urbanas voluptates desideraret: & ita quidem scribit in vita Veri. heic verò quòd amissus esset præfectus prætorio & pars exercitus interisset, redeundum censuisse Lucium refert. quæ causa melius cum ea quam Galenus adfert, conveniret. pesti enim attribuit causam imperatorum reditus: ὥστε τὸν μὲν αὐτοκράτορας αὐτίκα φεύγειν εἰς Ῥώμην ἅμα τραυματίας ὀλίγοις. atque hæc hactenus. distingue igitur hunc locum: *Via quoque, postquam iter ingressi sunt, sedens cum fratre in vehiculo Lucius, apoplexi arreptus periit.*

GRUTERUS.

1 *Via quoque posteaquam iter ingressi sunt, sedens cum, &c.*] Nihil adminiculatur Palat. præfert tantum; *bia quoque postquam iter ingressi sunt.* aliquid proculdubio deest.

2 *Apoplexia correptus.*] Sic regius codex, melius quàm retro cusi, *apoplexi arreptus*, quomodo tamen & Palatinus: neque aliter ea dictio scribitur apud alios inferioris ætatis scriptores.

CASAUBONUS.

2 *Apoplexi arreptus p.*] Reg. *apoplesia correptus.* scribe, *apoplexia.* ἀποπληξίᾳ.

SALMASIUS.

2 *Apoplexi arreptus periit.*] Mendosa

15 periit. [1] Fuit autem consuetudo Marco ut in circensium spectaculo legeret, audiretque ac subscriberet: [2] ex quo quidem sæpe jocis popularibus dicitur lacessitus. [3] Multum sanè potuerunt liberti sub Marco & Vero, Geminas & Agaclytus. Tantæ autem sanctitatis fuit Marcus, ut Veri vitia & celaverit & defenderit, quum ei vehementissimè displicerent, [4] mortuumque eum divum appellaverit: amitasque ejus & sorores honoribus & salariis decretis sublevaverit atque provexerit, sacri-

lectio Regii codicis, *apoplesia*: nec fidem potest facere ad legendum, *apoplexia*. nam *apoplexi* veteres & optimi nostri retinent. Aurelius Victor alter sic expressit; *qui Verus inter Altinum atque Concordiam iter faciens, ictu sanguinis, quem morbum Græci ἀποπληξιν vocant, undecimo imperii anno extinctus est.* quem locum perperam sollicitat vir eruditus. Eutropius unde sumpsit: *subito sanguine ictus, casu morbi quem Græci apoplexin vocant.* quod vero ictum sanguinis heic vocat Victor, alibi impetum sanguinis dixit, in Valentiniano: *anno ævi quinto & quinquagesimo, impetu sanguinis voce amissa, sensu integer exspiravit.* Ammianus eumdem *ictum tanquam è cœlo exspirasse* scribit lib. XXX. *Paulatimque lenitus & ad molliora propensior, tanquam ictus è cœlo, vitalique via voceque simul obstructa suffectus igneo lumine cernebatur, & repente cohibito sanguine letali sudore perfusus ne laberetur spectantibus exulibus, concursu ministrorum vitæ secretioris ad conclave ductus est intimum.* in ejusmodi autem subitis & repentinis morbis frequenter auctores, & ictus & impetus nominibus utuntur, quibus τὸ ἀποπληκτικὸν exprimunt morbi genus. nec dubium quin ἀποπλήξεις vocent ejusmodi species morborum, per quas, impetu ruentis sanguinis & vitales vias obstruentis momento quis eripitur, & suffocatur.

CASAVBONVS.

1 *Fuit autem consuetudo Marco.*] Quàm aliena hæc sint ab isto loco, ne tirones quidem monendi sunt: est enim res manifestissima, in regio longè aliter: sed nihilo melius.

2 *Ex quo quidem sæpe jocis popularibus dicitur lacessitus.*] Confer cum simili loco apud Tranquillum libro secundo, capite XLV.

3 *Multum sane potuerunt liberti sub Marco & Vero, Geminas & Agaclytus.*] En solutas scopas. expones vero ex iis quæ scribit idem Capitolinus in Vero, *liberti multum potuerunt apud Verum, ut in vita Marci diximus.* nam posita hic verba Marci æquè & Veri existimationem lædunt: immeritò, & non sine scriptoris vel exscriptoris lata culpa.

4 *Mortuumque eum divum appellaverit.*] Nummi veteris inscriptio. DIVVS. VERVS. PARTHICVS. & ab altera facie, CONSECRATIO, S. C.

SALMASIUS.

4 *Mortuumque eum divum appellaverit.*] Meminit quoque Galenus Lucii ἀποθεώσεως. sed locus optimi scriptoris vulgo corruptus circumfertur. nam ἀπόθεσιν pro ἀποθέωσιν legitur in commentario τῶν ἰδίων βιβλίων: μεταστὰντος δὲ ἐξ ἀνθρώπων τοῦ Λουκίου καὶ τοῦ ὀδόν, εἰς Ῥώμην αὐτὸν κομίσας τὸ σῶμα τοῦ ἀποθέσιν Ἀντωνῖνος ἐποιήσατο, καὶ μετὰ τοῦ ἐπὶ τοῖς Γερμανοῖς τρόπαιον ἐκόμισε.

1 Anto-

sacrisque eum plurimis honoraverit. flaminem & [1] Antonianos sodales, & omnes honores [2] qui divis habentur, eidem dedicavit. [3] Nemo est principum quem non gravis fama perstringat, usque adeo ut etiam Marcus in sermonem venerit, [4] quòd Verum vel [5] veneno ita

CASAUBONUS.

1 *Antonianos sodales.*] *Antoninianos.* Lapis antiquus: SODALI. ANTONINIANO. VERIANO. FETIALI.

3 *Nemo est principum quem non gravis fama perstringat.*] Ne hominum quidem, vel sanctissimorum, nedum principum. Græcorum verum est dictum, ἄπλε) μῶμον καὶ τὰ ἀψώρων.

4 *Quòd Verum veneno ita sustulerit, ut p.*] Reg. *tulerit*, ut sæpe in his libris. Fabulam tangit Capitolinus iterum in Vero, & Aurelius Victor: ambo acriter confutant. Dio aliter rem narrat: Verum Marci vitæ insidiatum, ne perderet, periisse. ego puto falso hæc conficta: etsi Caracalla apud Herodianum rem gestam vult videri; inter imperatores fratricidas, ut ipse erat, Marcum recensens.

GRVTERVS.

1 *Antoninianos sodales.*] Editi *Antonianos*; malè & præter ms. Pal.

2 *Qui Divis habentur.*] Pal. à manu prima, *Diis*, quod eodem redit, ut puto.

SALMASIUS.

4 *Quod Verum vel veneno ita sustulerit.*] Præter Dionem qui narrat Verum, insidias Marco cum pararet, præventum ab eodem ne præveniret, Philostratum id etiam tradere comperi. in vita Herodis; ubi scribit Lucium insidiarum & conjurationis adversus Marcum fuisse insimulatum. cujus etiam rei suspicione leviter aspersum Herodem propter familiaritatem, & jus hospitii quòd ipsi cum Lucio intercedebat. de Athenienſibus: οἱ δὲ ἐξῆλθον ἀφανῶς τοῦς τ αὐτοκράτορα Μάρκον, ἡμῶν τῆ τε φύσει καὶ βασιλέως καὶ τοῦ καιροῦ. καθ' ὃν γὰρ ὑπώπτευε Λύκιον κοινὸν αὐτοῦ τ δρᾶσης ἐνθυμούμενον, οὐδὲ τ Ἡρώδη ἠφίει καὶ μὴ ξυμμετέχειν αὐτοῦ. quæ verba male intellecta interpretibus, nec melius reddita, nonnihil etiam vulgo corrupta, huc refero. significant autem, Marcum eo tempore quo Lucium habuit suspectum insidiarum, & conjurationis adversum se cogitatæ, non liberasse Herodem, quin & conscium eum participemque Lucii consiliorum suspicaretur. & id tempus, quo adhuc hærebat animo Marci illa de Herode suspicio, delegisse Athenienses, ut de ipso ejusque tyrannide, querelas ad imperatorem deferrent. ideoque in sequentibus conqueritur Herodes, hoc sibi præstitisse Lucii ξενίαν. ἀλλ' ἀπηκωνισμένη τῆ γλώττη διετελεῖτο, λέγων, ζῶ τί μοι ἡ Λυκίου ξενία οὐ μοι ἔπεμψας. Tunc non erat in vivis Lucius. sedebat enim imperator ἐν Παιονίᾳ, quo post consecrationem Lucii ad Marcomannicum bellum peragendum profectus erat. quod quia parum distincte notant isti auctores, heic videtur dilucidius aperiendum. Lucio igitur inter Altinum & Concordiam subiti vi morbi extincto, Romam rediit Marcus, & reliquias Lucii devexit: quibus mox conditis, ipsoque divo facto, expeditionem adversus Marcomannos jam ante Lucii mortem & cum ipso Lucio susceptam, sequuta vero Lucii morte derelictam resumpsit: quod supra ex Galeno notabamus, qui tunc temporis vivebat & imperatori familiaris erat. cujus hæc verba sunt; τῶν ἀποθέωσιν Λυκίου ἐποιησάμθ, καὶ μετὰ ταῦ-

ita sustulerit, ut parte cultri veneno lita vulvam inciderit, venenatam partem fratri edendam propinans, & sibi innoxiam reservans: vel certè per medicum Posidippum, qui ei sanguinem intempestivè dicitur emi-
16 sisse. [1] Cassius post mortem Veri à Marco descivit. Jam in suos tanta fuit benignitate Marcus, ut cùm in omnes propinquos cuncta honoris ornamenta contulerit, [2] tum in filium Commodum, & quidem scelestum atque impurum, [3] citò nomen Cæsaris, & mox sacer-

μῦ ζοῦν τ ἐπὶ τὰς Γερμανὰς στρατείας εἴχετο. qua in expeditione præter spem omnium diu mansit Antoninus. Galenus: ὃ χρονίσαντός γε καὶ τὴν ἀποδημίαν παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα τοῦ Αντωνίνου, σύμπας ἐκεῖνος ὁ χρόνος ἀξιολογώτατα τὴν ἄσκησίν μοι παρέχει. παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα dixit, quia ἤλπιζεν οὐ τάχα καθαιρήσειν τὸν πόλεμον. aitque præter spem omnem id evenisse, ut tantum temporis in eo bello profligando contereret. post reditum autem suum, imperatoris nomen & triumphi participationem & consulatum in filium Commodum contulit, quem admodum puerum reliquerat, ut ex eodem Galeno didicimus, ἐν τῷ περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων. atque hæc quidem breviter à nobis & ordine sunt digesta, ut omnibus apparere possit, quanta negligentia & securitate versati sint Capitolinus & reliqui, in vita gestisque horum imperatorum digerendis & recensendis, qui nihil pensi habent quid dicant, & quo dicant ordine, non temporum servata ratione, non rerum ipsarum. cujus ἀπαξίας non aliud notabilius exemplum quam hoc loco habemus, ubi meminit triumphi participationis quam in filium Commodum contulit Marcus, priusquam meminerit ejus belli, de cujus profligatione triumphum meruit, quem cum Commodo participavit.

GRUTERUS.

5 *Veneno ita tulerit.*] Adhæret Pal. regio exemplari; mavult, inquam, *tulerit*, non *sustulerit*, quomodo antea cusi. sicque iterum locutus infra fine cap. 25. ut & in Avidio cap. 4. p.

2 *Tum in filium Commodum, & quidem, &c.*] Pal. *tum in filium, & Commodum quidem, &c.*

SALMASIUS.

2 *Tum in filium Commodum, & quidem scelestum atque impurum.*] *Tum in filium & Commodum quidem, scelestum atque impurum.* ita Palatinus. & mea sententia, melius. non miratur enim quod in filium, sed quod in talem filium, qualis Commodus, scelestum atque impurum.

CASAUBONUS.

1 *Cassius post mortem Veri à Marco descivit.*] Quorsum ista hoc loco? nam de Cassii rebellione inferius. eo igitur rejice.

2 *Tum in filium Commodum & quidem scelestum atque impurum.*] Hoc vult tanta fuisse Marcum in suos benignitate, ut qui deberet filium Commodum aut perdere, aut à Rep. procul habere ob væsaniam; concesserit tamen affectui paterno, & φιλόπατρον potiùs quam φιλόπολιν se probarit: quòd apud Dionem illi objicit Imp. Severus.

3 *Citò nomen Cæsaris.*] Atqui dictum suprà rogatu Veri liberos Marci dictos Cæsares.

1 Quo

ſacerdotium, ſtatimque nomen imperatoris ac triumphi participationem & conſulatum. [1] quo quidem tempore ſine imperatoris filio ad triumphalem currum

1 *Quo quidem tempore ſine imperatoris filio ad triumphalem currum in circo pedes cucurrit.*] Quis cucurrit? nam ex hac lectione, quam & membranæ exhibent, non diſcas. ſed locus eſt miſere depravatus, totâ ſententiâ corruptâ, vel potius nullâ. Eruditiſſimus Turnebus olim ſic emendabat. *Q. q. t. ſatè equo imperatoris filius ad triumphalem currum i. e. p. c.* alii ſic: *Q. q. t. ſanè imperatoris filius*, &c. refellit verò has emendationes, quod de eodem ſcriptum antè Capitolino: *in triumpho liberos Marci utriuſque ſexus ſecum vexerunt.* nam ſi vectus curru triumphali Commodus, corruunt hæ correctiones. dicat aliquis de fratre Commodi & ſororibus ſuperiora verba intelligenda, non de Commodo: ſed cui fiet veriſimile Commodum pedibus currum triumphalem patris ſui eſſe proſecutum? aut quomodo ſi eſt ita, dici potuit cum patre triumphaſſe? quod ſæpiùs legas. atqui cauſſa non eſt cur triumphaſſe ſcribatur, niſi curru triumphali fuerit vectus. Enimvero cùm de eximiis Commodi honoribus loquatur hîc Capitolinus, quàm alienæ ſint ab hujus loci ſententia ſuperiores emendationes, nemo non videt. Nos aliam longè ſententiam eſſe arbitramur: & pro *ſine* ſcribimus *ſenatus*, pro *cucurrit*, *accurrit*. nihil poteſt aptius dici ad hunc locum. *ſine* pro *ſenatus* jam ſemel in hac vita vitio ſcriptum indicavimus. Senſus eſt: triumphanti Commodo cum Marco & Vero, inſignem illum contigiſſe honorem, ut currum quo ipſe vehebatur per circum tranſeuntem, ſenatus comitaretur, hinc inde pedibus accurrens. De hoc genere honoris dicebamus ad Suetonium libro quarto, capite XXVI. Ait autem *in circo*, quia triumphantes per circum & forum in Capitolium veniebant.

SALMASIUS.

1 *Quo quidem tempore ſine imperatoris filio.*] Graviter affectus hic locus, quem ſcio quomodo ſanare conati ſunt eruditi viri, quibus ſi nihil aliud melius occurreret, libenter acquieſcerem. Palatinus ſcriptum habet: *quo quidem tempore ſine intemperator filio, ad triumphalem currum in circo pedes cucurrit.* facili conjectura legimus: *quo quidem tempore ſenex imperator filio ad triumphalem currum in circo pedes cucurrit.* nomen imperatoris & triumphi participationem & conſulatum in Commodum contulerat Marcus, inquit Capitolinus, quo quidem tempore ſenex imperator filio pedes cucurrit ad currum. de conſulatu autem filii loquitur, non de triumpho, quem ita honoravit ſenex imperator, ut in officio cum aliis ad currum filii pedes curreret. ſic Julianus qui in omnibus volebat Marco videri ſimilis, conſulum officia frequentabat. Ammianus lib. XXII. *Allapſo itaque Kalendarum Januariarum die cum Mamertini & Nevitæ nomina ſuſcepiſſent paginæ conſulares, humilior princeps viſus eſt in officio pedibus gradiendo cum honoratis: quod laudabant alii, quidam ut affectatum & vile carpebant.* En imperator in officio cum honoratis ad currum conſulis pedibus graditur. ut heic Marcus ad currum filii conſulis pedes currit. Triumphalem autem currum ideo vocavit, quod paulo ante cùm patre triumphaverat Commodus.

GRUTERUS.

1 *Quo quidem tempore ſine Imperatoris filio, &c.*] Nihil etiam auxiliatur huic loco Pal. niſi quod ſcribat, *ſine Imperator filio.*

1 *Fera-*

rum in circo pedes cucurrit. Post Veri obitum Marcus Antoninus solus remp. tenuit, multo melior & [1] feracior ad virtutes: [2] quippe qui nullis Veri jam impediretur aut simulatis callidæ severitatis (quo ille ingenito vitio laborabat) erroribus, [4] aut his quibus præcipuè displicebat Marco Antonino jam inde à primo ætatis suæ tempore, vel [5] institutis mentis pravæ, vel mo-

CASAVBONUS.

1 *Feracior ad virtutes.*] Εὐφορώτερος πρὸς ἀρετάς: Sed *virtutes* hic accipe præclara facta ex virtute manantia. sic Græcis ἀρετὴ pro κατόρθωμα.

SALMASIUS.

2 *Quippe qui nullis Veri jam impediretur aut simulatis.*] Hæc quæ sequuntur, paulo perturbatiora sunt, atque etiam obscuriora: quid enim vocat, *simulatos callidæ severitatis errores?* an severus aut severitatis simulator Verus? nihil minus. cujus ingenium, lascivum, simplex, & qui nihil adumbrare posset: quem in ejus vita, idem scribit auctor, *vitæ licentioris nimietate & lasciviâ moribus, à ficta Marci dissensisse, fuisseque morum simplicium, & qui nihil adumbraret.* Quid igitur hæc sibi volunt hoc loco? nihil enim magis contrarium lascivo & simplici quam calliditas & severitas, sive illa ficta sive vera sit, quæ tribuitur heic Lucio Vero. an hoc vult, Lucium qui vixerit non in libero imperio, sed sub Marco, non sui arbitrii semper fuisse, sed accommodasse se moribus Marci & severitatem aliquando simulasse? Næ ille magnum facinus & laudandum præstiterit, qui mihi sensum hujus loci qualis sit, & quam conveniat cum iis quæ de moribus Lucii alibi dicuntur, ostenderit. legebam aliquando, *securitatis.* quæ securitas aliquanto magis cum ἀνωλότῃ convenit. sed sequitur, *quo ille ingenito vitio laborabat*, quod jam minime ad securitatem potest aptari. Vitium igitur ingenitum vocat, callidam severitatem, quam fingere noverat Verus, & propter quàm mentem displicebat Marco, cujus in vita moribus nihil fictum aut simulatum, etsi non defuerint, qui hoc eodem vitio laborasse illum, nec tam simplicem fuisse, quam videri voluerit, dixerint. Aurelius Victor de Lucio: *Carminum maxime tragicorum studiosus, ingenii asperi, atque lascivi.* quid asperitati cum lascivia? Capitolinus in Vero: *fuit voluptarius & nimium, & omnibus deliciis, ludis, jocis diversis aptissimus.* quid asperi possit inesse in homine qui ejusmodi mores habeat, non video: idem tamen videtur dicere Eutropius, qui scribit *cum ingenii parum civilis fuisse, reverentia tamen fratris nihil unquam atrox ausum.* accommodasse autem aliquando se Marci moribus Lucium, testatum etiam reliquit in ejus vita Capitolinus. *Marcus pro ambobus locutus est, & pro consensu imperio graviter se & ad mores Marci egit, & hoc quidem prius quam in Syriam proficisceretur. nam in Syria cum esset, liberius ingenio genioque indulsit.*

3 *Quo ille ingenito vitio laborabat erroribus.*] Palatinus: *quia ille*, perperam. *Callidæ severitatis errores*, ut infra: *luxuriæ errores* dixit in Vero: *hic quum tantis deliciarum & luxuriæ quateretur erroribus.*

4 *Aut his quibus præcipue displicebat.*] *Aut his qui præcipue displicebant Marco Antonino.* Vetus autem editio: *qui præcipue displicebat.*

CASAUBONUS.

5 *Vel institutis mentis pravæ, vel moribus.*]

moribus. Erat enim ipse tantæ tranquillitatis [1] ut vultum nunquam mutaverit mœrore vel gaudio, philosophiæ deditus Stoicæ, quam & per optimos quosque magistros acceperat, & undique ipse collegerat. Nam [2] & Adrianus, ut dictum est, hunc eundem successorem paraverat: [3] nisi ei ætas puerilis obstitisset. Quod quidem apparet ex eo [4] quòd generum Pio hunc eundem desponsatam nemo excusaverit hanc tantam inconstantiam: auctor enim dum modò hos sequitur, modò illos, planè ἀσύστατος scribit. in Eutropio penè eadem verba.

ribus.] Ingenita Vero vitia, quæ non ab aliis accepisset, verùm ipse suopte ingenio excogitasset, appellat *institutamentis pravæ*. At *mores*, quæ velut contagione à sodalibus & familiaribus in ipsum erant derivata. nam ἡ ἀγώγεπς est φυσὶ ἔθη verò ex quibus nascitur ἦθος ποιὸν, est ἐπίκτητον.

SALMASIUS.

5 *Institutis mentis pravæ vel moribus.*] *Mens pravæ*, ut mala mens Comico: *mala mens, malus animus.* sic Aurelius Victor Schotti, in Caligula: *ipsique satellites dum vestam mentem, pravamque putant.* sic *superba mens*, Marcellino.

CASAUBONUS.

1 *Ut vultum nunquam mutaret mœrore vel gaudio.*] Hæc illa est ἀπάθεια Stoicorum: quorum doctrinam plenè hauserat, imbiberatque Marcus. ipse ait se doctum à Claudio Maximo Stoico, τὸ κρατεῖν ἑαυτοῦ, καὶ κατὰ μηδενὸς ὀφθῆναι εἶναι· καὶ τὸ εὐθυμεῖν οὐ τοῖς ἐξωτικοῖς.

2 *Et Hadrianus, ut dictum est.*] Sic membranæ. locus quò nos rejicit non est in iis quæ præcesserunt Julii Capitolini.

3 *Nisi & ætas puerilis obstitisset.*] Scribe, *nisi ei ætas*. & observa genus loquendi; quod ad Suetonium notabamus.

4 *Quod generum Pio hunc eundem delegit.*] Ain' tu? Marcum Hadrianus Pio generum delegerat? atqui toties dictum, & dicendum, Hadriani jussu Ceionii Commodi filiam fuisse ei

SALMASIUS.

1 *Ut vultum nunquam mutaverit mœrore nec gaudio.*] Eutropius ex hoc loco sumpsit: *à principio*, inquit, *vitæ tranquillissimus, adeo ut ab infantia quoque vultum nec ex gaudio nec ex mœrore mutaverit.* eadem habet verba Victor alter. Philostratus magnum ejus tranquillitatis, & vultus, ut ita dicam, ἀτρεψίας testimonium profert in Herode, his verbis: ἡμεῖς δὴ τοῦ ἐπιδήλως τοῦ Μάρκου φιλοσοφηθέντος καὶ τὰ τοῦ βασιλέως τοῦ δικαίου τούτου ἠγώμεθα, ὃ δὴ ξυνήκεν πάς ὀφρῦς, οὐδὲ ἐτρέψε τὸ ὄμμα, ὁ κοὐδὲ διαστήσας τις ἔπιθεν, ἀλλ' ἐπιστρέψας ἑαυτὸν εἰς τοὺς Ἀθηναίους, ἀπολογεῖσθαι ἔφη, ὦ Ἀθηναῖοι, εἰ καὶ μὴ ξυνῆκεν Ἡρώδης.

2 *Et Hadrianus.*] Lege ex Palatino: *Nam & Hadrianus, ut dictum est, hunc eundem successorem paraverat.*

4 *Quod generum Pio hunc eundem delegit.*] Non Hadrianus Pio Marcum generum delegit, sed ipse sibi Pius: cum voluisset Hadrianus ut is Verum sibi generum haberet. sed quum Verus impar ætate esset, dissoluta sunt sponsalia, quæ cum illo desponderi voluerat Hadrianus, & sic ejus locum occupavit Marcus cui Pii filia data est. ex Hadriani voluntate Lucii Ceionii filiam Marco fuisse desponsatam uno loco tantum scribit Capitolinus: & sane mirum in vita Lucii

dem delegit, ut ad eum, dignum utpote virum, [1] quan-
17 doque Romanum perveniret imperium. Ergo pro-
vincias post hæc [2] ingenti moderatione ac benignitate
tractavit. [3] Contra Germanos res feliciter gessit.
[4] Specialiter ipse bellum Marcomannicum, [5] sed quan-
tum

cii Ceionii nusquam ejus filiæ, Lucii Veri sororis mentionem fecisse, nec alibi postea, quid illa factum sit, ostendisse. alio loco dicit Marcum Commodo magistro usum esse, cujus ei affinitas fuerat destinata. Eutropius & genere conjunctos & affinitate fuisse Marcum & Verum scribit, sed aliter affinitatem illam explicat. quem vide. Parum igitur sibi constat hic author.

1 *Quandoque Romanum perveniret imperium.*] *Quandocunque. quandoque* & *quandocunque* invicem alterum pro altero posita reperiuntur apud milites.

3 *Contra Germanos res feliciter gessit.*] En ut longo intervallo post Lucii mortem repetit, quæ statim ejus mortem sunt sequuta, multis rebus interpositis quæ longi temporis spatio expeditione ista Germanica posteriores fuere. Nam, ut jam supra docuimus, Marcus consecrato Lucio expeditionem adversus Germanos repetiit, quam cum fratre susceperat, quamque fratris morte omittere fuerat coactus. Perturbatus hic rerum gestarum ordo, fraudi fuit eruditissimo viro, qui scriptum reliquit, Marcum triumphasse cum fratre Vero & filio Commodo. atqui triumphavit post bellum Marcomannicum Marcus, cui non interfuit Verus, multo anno vivis ereptus.

1 *Specialiter ipse bellum Marcomannicum.*] *Speciale* pro *specialiter* præferunt Palatinus, & princeps editio. atque ita omnino legendum. speciale bellum gessisse Marcomannicum dicitur Marcus, quod ipse gessit solus, & per se. *proprium* supra dixit in eadem re: *tamen post mortem Lucii, Lucium tantum Parthicum, Germanicum se vocaret, quod sibi proprio bello pepererat.* proprium itaque & speciale Marci fuit bellum Marcomannicum. atque hanc lectionem confirmat Ammianus, qui hæc ad verbum describit: *contra Germanos eo principe res feliciter gestæ sunt. Bellum unum ipse gessit Marcomannicum, sed quantum nulla memoria fuit; adeo ut Punicis conferatur.*

GRUTERUS.

4 *Speciale ipse bellum Marcomannicum, &c.*] Etiam in nostro visebatur *Speciale*, non illud vulgatum *specialiter*.

CASAUBONUS.

2 *Ingenti moderatione.*] Alibi, *moderamine*.

4 *Specialiter ipse bellum Marcomannicum s.*] *Specialiter*, hoc est, suo unus ductu & auspiciis, non etiam Veri fratris: qui ejus belli initio est extinctus. Sed neque Germanicum bellum cujus modò facta mentio ab auctore, Vero superstite gestum, aut certè confectum est. cur igitur tribuitur Marco specialiter bellum Marcomannicum? Scribendum judico, *Speciali ipse bellum Marcomannicum, sed quantum nulla unquam memoria fuit, tum virtute, tum etiam felicitate transegit.* etiam in plerisque libris est *speciali*, non ut in regio *specialiter*. quod Eutropius velut interpretans, ejus loco dixit, *unum ipse bellum M.* Sed aliter accipiendum, ut diximus.

5 *Sed quantum nulla unquam memoria fuit.*] Oratoriène hoc sit dictum, an ex fide historica, quæ omnes ampollas & τραγῳδήματα aspernatur, non sine caussa potest dubitari. Sed loquitur auctor ex sententia hominum illius tempestatis: qui neque ullum bellum cum Marcomannico, neque ullum imperatorem aut ducem cum Mar-

Marco censebant comparandum. Quamobrem in Romana inscriptione, quæ posita fuit Marco post patratum hoc bellum, leges hæc verba. QVOD. OMNES. OMNIVM. ANTE. SE. MAXIMOR. IMPP. GLORIAS. SVPERGRESSVS. BELLICOSISS. GENTIB. DELETIS. ATQVE. SVBACTIS. S. P. Q. ROM. neque multò aliter de ejus belli magnitudine Ammianus Marcellinus indicat libro XXXI. *Marco itidem*, ait, *moderante imperium, in unum spirando vesania gentium dissonarum, post bellorum fragores immensos, post urbium captarum & direptarum & pessum concitas proratoris interitus partes eorum exiguas reliquisset intactas. Verùm mox post calamitosa dispendia res in integrum sunt restitutæ.* locus hic eximius est: sed quo vix alius in tota Marcellini historia deteriùs videatur acceptus, cùm in editionibus, tùm in manu exaratis: nam ita scribitur etiam in veteri codice, qui fuit Claudii Faucheti Præsidis monetalis, viri optimi & doctissimi: itemque in altero qui Florentiæ servatur, quem mea gratia cum editis contendit Richardus Thomson, vir summa doctrina atque humanitate præditus. Est verò peccatum hic dupliciter: nam alia verba perperam scripsit librarius: alia τῷ δόχλῳ, ne scripsit quidem. Lego, *post urbium captarum & direptarum, & pessumdatarum cunctarum provinciarum interitus, cùm partes earum exiguas reliquisset intactas. . . . . Verùm mox, &c.* in vacuo spatio desunt hujusmodi verba: *universam propè jam rem Ro. extinxerat.* Protulimus autem hunc Ammiani locum, ne cui videatur mirum Capitolini de hoc bello judicium. nam in regiis membranis totus locus in aliam sententiam ita conceptus: *Contra G r. f. gessit: specialiter ipse b. Marcomannicum: sed quanta nulla unquam memoria fuit, tum virtute, tum etiam felicitate transegit.* quam lectionem non dubitamus ab iis excogitatam, qui bellum istud cum antiquis Gallorum, Cimbrorum, Pœnorum & Mithradatis non rebantur conferendum. at vulgatam confirmat etiam Eutropius qui acceptam à Capitolino sententiam ita expressit. *Bellum ipse unum gessit Marcomannicum: sed quantum nulla memoria fuit: adeò ut Punicis conferatur: nam eo gravius est factum, quod universi exercitus Romani perierant.* postrema Eutropii verba, quæ ille minuendæ admirationi adjecit, nisi è sequentibus Capitolini exponantur, à vero aliena sunt.

SALMASIUS.

5 *Sed quantum nulla unquam memoria fuit.*] Palatinus, *sed quanto*: ex quo olim faciebam: *sed quanta nulla unquam memoria fuit, tum virtute, tum felicitate transegit.* sed vulgatam tuetur Eutropius: felicitatem autem qua usus est in illo bello conficiendo Marcus, sic expressit Dio: τὸν πόλεμον αὐτὸς συνέστη μέγας, καὶ νίκης τῶν δόξαν οὐτυχήθη, μᾶλλον δὲ τῶν θεῶν ἐδωρήθη. qui locus etiam confirmat lectionem, *quantum*, ut ad bellum referatur. Nam ait Dio, πόλεμον συνέστη μέγας. Marcellinus autem multis verbis, sed parum integris, hujus belli difficultatem & magnitudinem extollit, quæ nos etiam pro nostra virili in integrum restituere conabimur. quod ut melius intelligatur, paulo altius repetenda sunt verba Ammiani: *Inundarunt Italiam ex abditis Oceani partibus Teutones repente cum Cimbris: sed post inflictas rei Romanæ clades immensas ultimis prœliis per duces amplissimos superati, quid potestas martia de habitu prudentiæ valeat, radicitus extirpati discriminibus didicere supremis. Marco itidem imperium moderante, in unum spirando vesania gentium dissonarum, post bellorum fragores immensos, post urbium captarum & direptarum casum, & pessum datos Pop. Romani exercitus, partes eorum exiguas reliquit intactas. Verum mox post calamitosa dispendia res in integrum sunt restitutæ. partes eorum*, id est exercituum, nam universi pæne perierant exercitus Romani. Eutropius: *Nam eo gravius est factum quod universi*

tum nulla unquam memoria fuit, tum virtute tum etiam fœlicitate transegit, & eo quidem tempore quo pestilentia gravis [1] multa millia & popularium & militum interemerat. Pannonias ergo Marcomannis, Sarmatis, Wandalis, simul etiam Quadis extinctis, servitio liberavit: & Romæ cum Commodo, quem jam Cæsarem fecerat, filio ut diximus suo, triumphavit. Quum autem ad hoc bellum [2] omne ærarium exhausisset suum, neque in animum induceret ut extra ordinem provincialibus aliquid imperaret, [3] in foro divi Trajani [4] auctionem ornamentorum imperialium fecit,

exercitus Romani perierant. potest etiam scribi: *partes Reip. exiguas reliquit intactas*. quod verius esse existimo. sed qualis qualis sit hæc medicina, ut in loco desperato boni consulenda est.

CASAUBONUS.

1 *Multa millia & popularium & militum interemerat.*] Urbanam multitudinem vocat *populares*, & militibus opponit. sic sæpe apud optimos Latinæ linguæ scriptores. Ulpianus De officio præfecti Urbi: *Debet etiam dispositos milites stationarios habere, ad tuendam popularium quietem*. non enim popularia ibi debent intelligi, ut doctissimi viri exposuerunt: sed populares, ut hoc loco, pro turba populi. Sic *militares* pro militibus, cùm in his libris, tum apud Victorem utrumque sæpissimè. Pro *interemerat*, regius, *interierunt*. non male, si scribas, *pestilentia gravi*.

2 *Omne ærarium exhausisset suum.*] Id est, tam fiscum quam ærarium.

SALMASIUS.

3 *In foro divi Trajani auctionem ornamentorum imperialium fecit.*] Johannes Antiochensis περὶ ὀρχαιολογίας: Μάρκος Ἀντωνῖνος σὺν πολέμῳ τῶν δημοσίων ἐξηλημμένων τιμαείων πράξας καὶ χρήματα πολλὰ τὸ σύνηθες οὐκ ἠνέχετο· πάντας τὸν βασιλικὸν κόσμον ἐπ' ἀγορᾶς ἀγαγὼν πρὸς χρυσίου ἀπέδοτο. καθαιρέσεις τῶν βαρβαρικῶν νήσεως, τοῖς μὲν ἑκάστου τὸν οἰκεῖον τῶν βασιλικῶν σκευῶν ἀναδιδοὺς, τὸ δὲ μέτρον τῶν τιμῶν ἀπεδίδου, τοῖς δὲ θελουσῖς οὐκ ἠνάγκαζε. quæ, nihil fallor, habet ille ex Dione.

CASAUBONUS.

4 *Auctionem ornamentorum imperialium fecit.*] Factum sæpe à Rom. imperatoribus, ut in pecuniæ inopia species supervacuas, quæ interornamenta imperialia habebantur, venum exponerent. Primus de quo id legimus Caligula est: quem refert Suetonius, *auctione proposita reliquam omnium spectaculorum subjecisse & venditasse*: deinde *invitatum lucro, quicquid instrumenti veteris aulæ erat*, hastæ similiter subjecisse. Sed quod hæc luce cum summa sua infamia, optimi principes æterna cum laude fecerunt: ut Nerva, qui ut scribit Dio Cassius, χρημάτων ἀπορῶν, πολλὰ μὲν ἱμάτια καὶ σκεύη καὶ ὀργυρᾶ, καὶ χρυσοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐπίπλα καὶ οὐκ τῶν ἰδίων καὶ οὐκ τῶν βασιλικῶν, πολλὰ δὲ καὶ χωρία καὶ οἰκίας, μᾶλλον δὲ πάντα τὰ λοιπὰ τῶν ἀναγκαίων, ἀπέδοτο. & Trajanus: de quo Plinius in Panegyrico: *Circumfertur sub nomine Cæsaris tabula ingens rerum venalium: quo fit detestanda avaritia illius, qui tam multa concupiscebat, cùm haberet supervacua*

cit, vendiditque aurea pocula & cryſtallina & myrrhina, vaſa etiam regia [1] & veſtem uxoriam ſericam & auratam, [2] gemmaſque etiam quas multas [3] in repoſtorio ſanctiore Adriani repererat: & per duos quidem menſes hæc venditio celebrata eſt, tantumque auri redactum [4] ut reliquias belli Marcomannici ex ſententia perſequutus, poſtea dederit poteſtatem emptoribus, ut ſi quis vellet empta reddere atque aurum recipere, [5] ſciret licere. Nec moleſtus ulli fuit [6] qui vel non

tam multa. item Pius: de quo Capitolinus: *Species imperatorias ſuperfluas, & prædia vendidit.* horum & Marci exempla ſecutus poſtea Pertinax, teſte in vita ejus Capitolino.

1 *Veſtem uxoriam ſericam & auratam g.*] Victor non ille Schotti, ſed alter, ſic deſcripſit hæc verba: *uxoriam ac ſuam ſericam & auream veſtem.* ubi magnam obſervabis ejus ſcriptoris incogitantiam; qui & Marco ſericam tribuat veſtem: quod non dicit Capitolinus unde ille ſumit; & ſcimus nos eſſe falſiſſimum. Eutropius Verum deſcribit.

3 *In repoſtorio ſanctiore.*] Ita dictum, ut ſanctius ærarium. corruptè in regio, *ſanctione Hadriani.*

5 *Sciret licere.*] Mira locutio: *dedit poteſtatem ut ſciret licere:* ſed non eſt obſcura mens. antecedens poſitum pro conſequenti: nam eſt ſenſus: dedit poteſtatem ut conſulerent ſuis quiſque commodis, gnari id ſibi licere. Sic locutus Cicero epiſtola quadam ad Acilium proconſulem: *Peto abs te ut eum in meis intimis maximeque neceſſariis ſcias eſſe.* id eſt, ſic ejus conſulas commodis, ut qui ſcias eum mihi eſſe conjunctiſſimum.

GRUTERUS.

2 *Gemmas quin etiam, quas multas.*] Sic Pal. videturque paullò vividius, quàm vulgatum, *gemmaſque etiam quas, &c.*

SALMASIUS.

1 *Et veſtem uxoriam ſericam & auratam.*] Johannes Gazenſis βασιλικὸν κόσμον tantum dixit. ſerica autem & aurata veſtis propria fuit Auguſtæ non Auguſti. Eutropius tamen & Victor ſuam heic interſerunt; *uxoriam ac ſuam ſericam atque auream veſtem.* habuerunt rationem temporis ſui, quo ſerica veſte Auguſti utebantur.

4 *Ut reliquias belli Marcomannici ex ſententia perſecutus.*] Joannes Antiochenſis: κρίσεσιν τὴν βαρβαρικὴν κινήσεως.

6 *Qui vel non reddidit empta vel reddidit.*] Illud, *vel reddidit*, adjectum ab illis videtur, qui ſententiam integram abſque eo non putarent: ſed penitus ſupervacaneum eſt. finito enim & peracto bello, dedit poteſtatem Marcus emptoribus, ut ſi quis vellet empta reddere, pretium, quod dediſſet, reciperet. nulli vero moleſtum ſe exhibuit qui ſemel empta retinere maluit. adde quod nec aliter olim deſcripſere Victor & Eutropius, quorum hæc verba ſunt: *poſt victoriam tamen emptoribus pretia reſtituit qui reddere comparata voluerunt: moleſtus nulli fuit, qui maluit ſemel empta retinere.* quibus etiam conſentiunt Græci ſcriptoris verba ſuperius à nobis allata. τοῖς μὲν ἑκάστοτε ποιουμένοις τῶν σκευῶν ἀνάδοσιν. τὸ αὐτὸ μέτρον τῆς τιμῆς ἀποδίδου, τοὺς δὲ μὴ θέλοντας σῶν ἠνάγκαζε. ad verbum, nulli moleſtus fuit, qui nollet reddere. ſic lege igitur hunc locum: *poſtea dedit poteſtatem emptoribus ut ſi quis vellet empta reddere, ſciret licere,*

non reddidit empta, vel reddidit. [1] Tunc viris claris permisit ut eodem cultu quo & ipse, [2] vel ministeriis similibus convivia exhiberent. [3] In munere autem publico

licere, nec molestus ulli fuit qui non reddidit. reliqua enim additamentum sunt scioli nescio cujus.

GRUTERUS.

1 *Tunc viris clarioribus permisit.*] Sic noster quoque Pal. ideoque ejeci alterum illud, *viris claris.*

CASAUBONUS.

1 *Tunc viris claris permisit.*] Regius, *clarioribus:* sic olim legit Victor, cujus verba: *Hic permisit viris clarioribus, ut convivia eodem cultu quo & ipse, & ministris similibus, exhiberent.* Erat hæc permissio necessaria, ut instituta sectio posset peragi. Nam alioquin imperatoriam supellectilem quis esset ausus emere? Plinius loquens de auctione Trajani: *Tanta benignitas principis, tanta securitas temporum est, ut ille nos principalibus rebus existimet dignos; nos non timeamus quòd digni esse videmur.* Lampridius in Heliogabalo: *Primus omnium privatorum toros aureis toralibus texit: quia tunc ex Antonini Marci auctoritate id fieri licebat, qui omnem apparatum imperatorium publice vendiderat.*

2 *Vel ministeriis similibus.*] Hoc enim licebat nemini. Tranquillus de Domitiano: *Generum fratris, indignè ferens & ipsum albatos ministros habere, proclamavit,*

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη.

Ne cursores quidem fas privato habere eodem cultu quo essent imperatorii: sed mutavit Aurelianus, ut notat Vopiscus. Erant autem hæc ministeria albata, & aurata, ut ex Suetonio, Lampridio, aliis, est notum. ac ferè non alia quàm lasciva erant ista ministeria: quæ propterea pium principem Theodosium lege sustulisse narrat Victor.

SALMASIUS.

2 *Vel ministeriis similibus.*] *Vel* pro &. quod non semel apud istos auctores observabis. *tunc viris clarioribus permisit, ut eodem cultu quo & ipse, vel ministeriis similibus convivia exhiberent.* pro quo Eutropius & Victor: *& ministris similibus.* sic in pervigilio Veneris, non illo quidem tam antiquo, ac libi persuaserunt viri docti, nam posteriorum temporum esse poëma facile nos alibi probamus:

Ruris heic erunt puellæ, vel puellæ montium,
Quæque silvas, quæque lucos, quæque montes incolunt.

Perperam autem ministeria heic pro ministris accipiunt. quod ut ne facerent mentio conviviorum exhibendorum potuit eos admonere. permisit Antoninus ut privati eodem cultu quo ipse, & similibus ministeriis convivia exhiberent. ministeria sunt, vasa aurea & argentea. Vopiscus in Aureliano: *idem dederat facultatem ut aureis qui vellent, & vasis uterentur & poculis.* non igitur promiscui usus, vasa aurea & argentea. ministeria pro vasis & poculis. Paulus lib. III. sentt. tit. de usufructu: *vasis argenteis legatis, ea omnia continentur quæ capacitatis alicui parata sunt, & ideo tam potoria quam escaria. item ministeria omnia debebuntur, veluti urceoli, pateræ, lances, piperatoria, cochlearia quoque, itemque trullæ, calices, scyphi, & his similia.* alias nemo nescit *ministerium* Latinis dictum pro argento mensali, vel delphica in qua argentum illud exponebatur. Glossæ: *delphica,* μινιστήριον. de quo nos alibi.

CASAUBONUS.

3 *In munere autem publico tam magnanimus f.*] Parum hæc superioribus cohærent: & longè alius ordo in regio. *Magnanimus,* μεγαλοψυχικῶς, pro magnificus. Sic apud Græcos voces μεγαλοπρεπὴς & μεγαλόψυχος, necnon μικρο-

μικροπρεπὴς & μικρόψυχος confundi, alibi observabamus. In Eusebii Chronico ad annum ultimum imperatoris hujus hæc scripta sunt, etiam in antiquissimis membranis: *Antoninus post victoriam adeo in editione munerum magnificus fuit, ut centum simul leones exhibuerit.* quæ verba è Capitolino illuc videntur fuisse translata.

SALMASIUS.

3 *In munere autem publico tam magnanimus fuit.*] Expressit Dionem qui μεγαλόφρονα eadem notione posuit: ἀφ' ἑαυτῆς τῇ τοῦ θεωμένου τὸ αὐτοῦ μέρος αὐτὸν ὡς ἐν μεγαλόφρονα γενόμενον. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα οἰκονομικώτατος ὡς ἀληθῶς ἦν· τὰ δὲ ἀναγκαίων δαπανημάτων οὐδὲν ἐν ἐλίττετο. De Marco hæc dicit. μεγαλόφρων autem ibi est pro liberali & magnifico. *Magnanimus* igitur pro magnifico. Eutropius in eadem re: *in editione munerum post victoriam adeo magnificus fuit, ut centum simul leones exhibuisse tradatur.* animosum optimi & vetusti scriptores in eodem significatu posuere. Suetonius de Cæsare; *Gemmas, toreumata, signa, tabulas operis antiqui semper animosissime comparasse.* animosissime comparat, qui pretio non parcit & impensas minime veretur. sic *animosus homo* in codice Theodosiano, qui in extruendis & decorandis magnifice ædificiis, minime sumtibus parcit: *sed vetusta potius loci species & pensio cogitetur, quam cultus hodiernus qui per industriam hominis animosi accessit.* Prudentius in Psychomachia:

—— *quod mille talentis*
Margaritum ingens opibusque & censibus hastæ
Addictis, animosa fides mercata paravit.

Quem locum nos obiter ex optimo codice Bibliothecæ clariss. Puteanorum emendavimus. *animosa* igitur *fides* in emendo, ut *animose comparare* apud Suetonium: & falluntur qui aliter accipiunt. μεγαλόψυχον Græci vocant ut Latini magnanimum & animosum. unde μεγαλοψυχεῖν pro largiri & magnifice liberalem esse. Hesychius: ἐπιδαψιλεύσῃ, μεγαλοψυχήσῃ. & ἐπιδαψιλεύομαι, μεγαλοψυχόμενος, ἐπιχορηγῶν πλουσίως notandum igitur, μεγαλοψυχεῖν pro δαψιλῶς ἐπιχορηγεῖν. contra μικρόψυχοι, tenues, sordidi, parci & avari. unde lemma epigrammatis apud Martialem: *in Novium Microspicum.* Microspicum esse pro Micropsychum docuit pridem summus Scaliger. sed idem Micropsychum male accipit pro homine teneræ frontis & subrustici pudoris. immo Micropsychus vel Microspicus, ut tunc scribebant, est homo sordide parcus, qui neminem invitat, nec convivia agitat: de cujus vicinitate queritur Martialis, quod cum sibi vicinus esset, non magis eum vicinum sentiret, quam qui longe habitabat. nunquam enim ab eo ad cœnam vocari. Divites enim, ut notum est, tunc temporis, vicinos ad cœnam vocabant frequenter. quod qui non faceret, Micropsychus audiebat: ut ille Novius apud Martialem. Seneca vocem *Microspicus* sic exponit eleganter de Beneficiis, lib. 11. *Parsimonia est scientia vitandi sumptus superfluos: parcissimum tamen hominem vocamus pusilli animi & contracti, cum infinitum intersit inter modum & angustias.* Parcissimus homo Senecæ animi pusilli & contracti, hoc est μικρόψυχος. sic enim illam vocem explicat qua tunc utebantur ad designandum hominem admodum parcum. σμικρίνας etiam Græcis dicuntur ejusmodi homines, parci & avari. unde σμικρίνης nomen Comœdiæ Menandri, in qua ejusmodi senem introducebat avidum, aridum, & avarum, ad Euclionis Plautini exemplum. inde Julianus in κρονίοις Vespasianum σμικρίνω vocat, quem locum perperam ab interpretibus acceptum, nos alibi θεῦ δίδοτος exponemus.

blico tam magnanimus fuit ut centum leones una mis-
18 sione simul exhiberet sagittis interfectos. Quum igitur in amore omnium imperasset, atque ab aliis modò frater, modò pater, modò filius, ut cujusque ætas sinebat, & diceretur, & amaretur, [1] octavodecimo anno imperii sui, sexagesimo & primo vitæ, diem ultimum clausit. [2] Tantusque illius amor eo die regii funeris claruit, ut nemo illum plangendum censuerit, certis omnibus quòd à diis commodatus, ad deos redisset. Denique priusquam funus conderetur, ut plerique dicunt (quod nunquam antea factum fuerat neque postea) [3] senatus populusque, non divisis locis, sed in una sede propitium deum dixit. [4] Hic sanè vir tantus & talis, ac diis vita & morte conjunctus, filium Commodum dereliquit: [5] qui si fœlix fuisset, filium non reli-

CASAUBONUS.

1 *Octavodecimo anno imperii sui.*] Mirum unde hic error: qui tamen etiam apud Aurelium Victorem habetur, sive auctorum ille est, sive exscriptorum. Annus integer in hoc numero prætermittitur, & dies amplius decem vel undecim. Obiit apud Sirmium, (alii scribunt Vendobonæ) die decimosexto Kalendarum Aprilium, ait Tertullianus in Apologetico: Dio Cassius unum diem adjicit, τῇ ἑπτακαιδεκάτῃ Μαρκὸς μετήλλαξεν. errant qui de die consentire hos duos auctores ajunt. Virum illustrissimum qui in Annalibus suis non semel scripsit Marcum rebus humanis fuisse exemptum die decima-septima Aprilis, quid moverit, divinare non possum: nisi fortè, aliud agenti hoc excidit.

2 *Tantusque illius amor eo die regii funeris claruit.*] Sic in vita Cassii: *Et amor Antonini hoc maxime enituit.* Tolle vocem *eo*, quæ totam sententiam obscurat. Ait, die quo celebratum est imperatorium Marci funus, neminem illum planxisse: jam quippe illum populus Ro. eluxerat. Nam ad nuntium è Pannonia allatum de ejus obitu, *confusa luctu publico Urbe, senatus in curia veste tetra* (vel *atra*) *amictus, lacrymans convenit*, ait Victor.

3 *Senatus populusque, non divisis locis.*] Aurelii Victoris verba hinc cape: *Denique qui sejuncti in aliis, Patres ac vulgus soli omnia decrevere, templa, columnas, sacerdotes.*

4 *Hic sanè vir tantus.*] Infertam periodum alieno loco nemo non videt.

GRUTERUS.

2 *Tantusque illius amor die regii funeris.*] Mirum est exstare etiam in Palturbatrix illud pronomen, *amor eo die*, certe deleri debebat; & forsan etiam sequens *regii funeris.*

CASAUBONUS.

5 *Qui si felix fuisset, filium non reliquisset.*] Scribebam, *qui felix fuisset, si fi*. Spartianus in Severo, *Quid Marco felicius fuisset, si Commodum non reliquisset heredem?* Dio eleganter: quod filium, ait, à se educatum optimè, pessimum reliquerit, ἐν τῷ ἐς τὸν υἱὸν διαμαρτίαν αὐτῷ συμβεβήκει. Ovidius,

— qui si sine prole fuisset,
Inter felices Cinyras potuisset haberi.

Sere-

reliquisset. Et parum sanè fuit quòd illi honores divinos omnis ætas, omnis sexus, omnis conditio ac dignitas dedit, nisi quòd etiam [1] sacrilegus judicatus est, qui ejus imaginem in sua domo non habuit, qui per fortunam vel potuit habere vel debuit. Denique hodieque in multis domibus M. Antonini statuæ consistunt inter deos penates: nec defuerunt homines [2] qui somniis eum multa prædixisse futura & vera concinuerunt. Unde etiam templum ei constitutum, dati sacerdotes Antoniniani, & sodales & flamines, [3] & omnia quæ de sacra-

Servant tamen editam lectionem omnes codices: neque aliter descripsit Robertus à Porta.

SALMASIUS.

5 *Qui si felix fuisset filium non reliquisset.*] Nihil mutandum, amat enim ejusmodi trajectionibus uti Capitolinus. *si felix fuisset, filium non reliquisset.* pro, *felix fuisset si filium non reliquisset.* eodem modo supra: & *hereditates delatas reddens proximis aliquando respuerit*, pro, *& hereditates delatas respuens, proximis aliquando reddiderit.* Ausonius de Marco:

Successore suo moriens, sed principe prævo,
Hoc uno infelix nomine quod genuit.

CASAUBONUS.

1 *Sacrilegus judicatus est, qui ejus imaginem in sua domo non habuit.*] Genus honoris, quod initio peperit affectus in principem, vel metus aut adulatio: postea necessitas accessit. Sic narrat Vopiscus cavisse Tacitum, *ut Aurelianum omnes pictum haberent.* Idem in Probo: *Eant, & dignitatem Probo derogent, quem imperatores nostri prudenter consecrandum vultibus judicarunt.*

2 *Somniis eum multa prædixisse.*] Videtur significare solitam in Marci templis exerceri τὸ δι' ἐγκοιμήσεως μαντικὸν: consultoresque inibi incubantes somnia captasse, ut in Æsculapii templis, & aliis quibusdam fieri solitum. Legebatur, *multa prædixisse augurantes futura & vera:* nos vocem *augurantes*, libris auctoribus induximus.

3 *Omnia quæ de sacratis decrevit antiquitas.*] Improprie *sacratis*, pro consecratis. nam *sacrare* cum de personis dicitur, est θεὸν ἢ προσονόμειν, ut olim in tribunis factum, postea in imperatoribus: qui propterea sacratissimi dicuntur. at mortuis principibus quos inter cœlites retulerant, non divini aliquid, sed deitatem, ut ita dicam, censebant inesse: neque hoc *sacrare*, sed *consecrare*, Græci ἀποθεοῦν dixerunt, vel θεὸν ποιεῖν.

GRUTERUS.

2 *Qui somniis eum multa prædixisse augurantes, futura & vera concinuerunt.*] Induxerunt alii vocem *augurantes*, auctoribus libris suis. cuperem & ego, si pateretur Palatinus ætate nulli manuscripto codici secundus. & verò si propius inspiciamus Latinitatem auctoris, non eum dedecere videtur.

SALMASIUS.

3 *Et omnia quæ de sacratis decrevit antiquitas.*] Ut *sacratis* dixerit pro *consecratis*? non puto. sacrati enim & sacratissimi imperatores dicebantur à veteribus, sed tantum vivi. at consecrati, de divis, hoc est mortuis. sed & *decernere de sacratis omnia*, non Latina est oratio. decerni enim honores alicui dicuntur, non de aliquo. quid tempus terimus? omnino legendum: *dati sacerdotes Antoniniani & sodales & flami-*

19 sacratis decrevit antiquitas. Ajunt quidam ([1] quod verisimile videtur) Commodum Antoninum successorem illius ac filium non esse de eo natum, sed de adulterio: [2] ac talem fabellam vulgari sermone contexunt: Faustinam quondam Pii filiam, Marci uxorem, [3] quum gladiatores transire vidisset, unius ex his amore succensam, quum longa ægritudine laboraret, viro de amore

flamines, & omnia quæ desacratis decrevit antiquitas. desacratos vocat unico vocabulo Capitolinus, qui consecrati dicerentur. at *desacrare* quin pro *consecrare* usurpaverint, non dubito. desacrati igitur & consecrati ἀποθεωθέντες sunt: & vox ipsa *desacratus*, propius & magis proprie verbum ἀποθεωθεὶς exprimit.

1 *Quod verisimile videtur.*] *Quod & verisimile videtur*, Palat.

2 *Ac talem fabellam vulgari sermone contexunt.*] Quærit vir eruditissimus cur fabellam appellet, quod paulo post verisimile esse dicit, sed quando hæc quærebat, non meminerat fabulam & fabellam illa ætate, non pro ficto & composito ad arbitrium sermone, ut priscis Latinitatis temporibus, sed pro sermone quolibet vel narratione seu ficta, seu vera, quæ in ore populi versabatur, usurpatam. Capitolini enim tempore atque etiam anteriore, *fabula* est sermo simpliciter. ita fabellam hoc loco accipe. ita etiam infra in vita Veri: *nota est fabula, quam Marci non capit vita*, & alibi: *quamvis & illa fabula quæ in vita Marci posita est, abhorrens à talis viri vita sit exorta.* non dicit fabulam esse, quod vulgo jactaretur de Marco: sed fabulam illam esse falsam, hoc est sermonem. sic enim sermonem posuit, ibidem: *fuit sermo quod & socrum Faustinam incestasset.* sic apud Martialem, fabula de Scorpo & Incitato, sed nunc versus in promptu non sunt, pro sermone, & ut vulgo loquimur, *discursu.* plura liceret ad confirmandum congerere, ex istis auctoribus & aliis quam multis petita, nisi nimis obvium esset, unde peti possunt.

3 *Cum gladiatores transire vidisset.*] Per sollemnem traductionem & pompam, qua depugnaturi gladiatores per ora populi transducebantur, ut recte advertere visus est vir eruditissimus. ad quam rem insignite facit Luciani locus in Dialogo Τέχνης vel Φιλία. ἔωθεν ὁ σδεκιδὴς καὶ τὸ ἀνδρεῖον, εἰδὲ πομπὴν ἴνα, οἷς ἔφη, γυναικῶν καὶ κολῶν νεανίσκων, μονομαχεῖν δὲ ὅτι ἐπὶ μισθῷ ἀπεγλαγθέντες ἐς τρίτον ἡμέραν ἀγωνιεῖσθαι ἔμελλον.

CASAUBONUS.

2 *Ac talem fabellam vulgari sermone contexunt.*] Cur fabellam appellat historiam, quam modo dixit verisimilem? quod & paulò post repetit. *vulgari sermone contexere*, non est vili & plebeia dictione componere: sed e sermonibus vulgi, non autem ex ullo probatæ fidei auctore.

3 *Cum gladiatores transire vidisset.*] Non temere aut casu, ut vulgò accipiunt: sed *cùm ostentata per arenam pugnatorum corpora mortis suæ pompam dicerent*, ut loquitur Quintilianus in nona Declamatione.

GRUTERUS.

1 *Quod & verosimile.*] Adjeci copulam & volente Palatino, quod in ea videretur nescio quid energiæ.

2 *Talem fabellam vulgari sermone.*] Notat *fabula* Latinis, non rem modò fictam, sed & factam, omniumque ore jactatam, ut pluribus ostendi in Suspicionibus.

1 Qu

amore confessam. Quod quum ad Chaldæos Marcus retulisset, illorum fuisse consilium [1] ut occiso gladiatore, [2] sanguine illius sese Faustina sublavaret, atque ita cum viro concumberet. Quod quum esset factum, solutum quidem amorem, natum verò Commodum gladiatorem esse non principem: qui mille propè pugnas publicè populo inspectante gladiatorias imperator exhibuit, [3] ut in vita ejus docebitur. Quod quidem veri-

CASAUBONUS.

1 *Ut occiso gladiatore.*] Scripti quidam, *ut occiso Pantonomo, seu gladiatore.* Scripserat Capitolinus, *ut oc. pantomimo seu gl.* nam sequitur, *De amatis pantomimis ab uxore fuit sermo, ut superiùs diximus.*

2 *Sanguine illius sese Faustina sublavaret.*] Hoc est, locos sibi & τῶν φύσιν lavaret. Utrumque potest significari voce *sublavare*, leviter lavare, vel inferiores partes lavare: quod magis videtur sententiæ accommodum. Princeps editio *sublevaret.* Sunt qui scribant, gladiatoris hujus quem Faustina deperibat, sanguinem, in aquæ speciem mutatum, illi infaustæ fuisse propinatum: cui rei fingendæ videtur vox ista *sublevaret* ansam præbuisse. hoc tamen commentum secutus est ille suaviludius, qui inscriptionem eam composuit, quæ à Faustina posita fingitur, amore isto liberata.

3 *Ut in vita ejus docebitur.*] Non extat hæc vita à Capitolino scripta: est enim Lampridii quæ infrà habetur: nisi imponunt nobis vulgares tituli. Possit sane videri verba hæc illius libri respicere: *Tantum palmarum gladiatoriarum confecit, vel victis retiariis vel occisis, ut mille contingeret.*

GRUTERUS.

1 *Ut occiso gladiatore.*] Sic noster Pal. in quo nec vola nec vestigium *pantomimi.* quare id etiam abjeci, quamvis alluderent aliorum membranæ, & auctor infra testaretur tale quid à se scriptum. quis enim scit, an non & is locus expertus sit scalpellum librariorum?

2 *Sanguine illius sese Faustina sublavaret.*] Palatinus adhæret vulgatis, *sublevaret*; quod tamen minus quadrat.

SALMASIUS.

2 *Sanguine illius sese Faustina sublavaret.*] Scio viros doctos hoc verbum ita explicare, ut nesciam an multis explicationem suam probare possint, mihi certe nec lectio nec ejus expositio probatur. sublavare enim pro locos muliebres lavare quis jure probet? cur non simpliciter dixit id quod erat? nescio quis primus *sublavaret*, hoc loco reposuit pro eo quod vetus editio & scripti codices habebant, *sublevaret.* quam veram esse scripturam quovis pignore contendere sum paratus. non dicit autem quomodo sublevarit se Faustina sanguine illius gladiatoris occisi. quod de industria tacuit hic auctor, & modestis verbis mollivit horrendum medicationis genus. non dubium certe est, pro remedio sanguinem illum ebibisse Faustinam, atque ita se sublevasse. Honesta igitur hæc loquendi ratio, *sanguine illius se sublevaret*, pro, sanguinem illius in remedium sumeret, sanguine illius sibi succurreret. Nam *sublevare*, *subvenire*, *succurrere*, *juvare*, verba sunt medelarum & medicamentorum propria apud illos qui de experimentis scripserunt.

3 *Ut in vita ejus docebitur.*] Vita Commodi vulgo non huic sed Lampridio

verisimile ex eo habetur quòd tam sancti principis filius his moribus fuit, quibus nullus lanista, nullus scenicus, nullus harenarius, nullus postremò ex omnium dedecorum ac scelerum colluvione concretus. Multi autem ferunt Commodum omnino ex adulterio natum: siquidem Faustinam satis constat [1] apud Cajetam [2] conditiones sibi & nauticas & gladiatorias elegisse: de qua quum diceretur Antonino Marco, ut repudiaret, si non occideret, dixisse fertur, [3] *Si uxorem dimittimus, reddamus & dotem.* [4] Dos autem quid erat, nisi imperium quod ille ab socero, volente Adriano adoptatus, acceperat? Tantum sanè valet boni principis vita, sanctitas, tranquillitas, pietas, ut ejus famam nullius proximi decoloret invidia. Denique Antonino quum suos mores semper teneret, neque alicujus insu- surra-

pridio ascribitur. excerpta tamen Spartiani utriusque vitæ unum auctorem faciunt, nec eum Capitolinum, sed Spartianum. fitque mihi valde verisimile, ab uno eodemque auctore & hanc & illam vitam perscriptam, sive ille sit Capitolinus, sive magis Spartianus, ut excerpta illa nobis indicant.

2 *Conditiones sibi & nauticas & gladiatorias.*] Facilis in nauticis legendis ratio, & parum fallax: nudi enim plerumque agebant. ipsa igitur aderat, & qui sibi magis placerent, quosque valentiores judicabat, oculis arbitris eligebat. Victor: *quæ in tantum petulantiæ proruperat, ut in Campania sedens amæna littorum obsideret ad legendos ex nauticis, quia plerumque nudi agunt, flagitiis aptiores.*

4 *Dos autem quid erat.*] Palatinus & editio princeps: *dos autem quid habebatur.* quod non temere rejici debuit.

CASAUBONUS.

1 *Apud Cajetam.*] Aurelius Victor, *in Campania sedens amœna littorum obsidebat.* eum vide.

2 *Conditiones sibi & nauticas & gladiatorias elegisse.*] Ut γαμεῖν & nubere, voces honestissimæ ad turpem notionem transferuntur, sic conditio. nam apud Ciceronem atque alios, *conditio* id est quod vulgo dicitur *partu.* hic aliter. similiter apud Lampridium in Alagabalo, *conditiones bene vasatorum colligere:* &, *bene vasatorum conditionibus frui.* eò loci & de nauticis conditionibus plura.

4 *Dos autem quid erat.*] Sic scripti, alii, *quid habebatur.*

GRUTERUS.

3 *Si uxorem dimittimus, reddamus & dotem.*] Perpendimus locum hunc ad illud Taciti de Tiberio latitante Capreis: *Traditur etiam matris impotentia extrusum, quam dominationis socium aspernabatur: neque depellere poterat, cùm dominationem ipsam donum ejus accepisset.* lib. IV. Annal. cap. 57.

4 *Dos autem quid erat nisi imperium?*] Pal. *dos autem quid habebatur imperium.* sine voce *nisi*; ut fortè voluerit, sine interrogatione: *dos autem quidem habebatur imperium.* sed vel satis fuisset; *dos autem erat imperium.*

1 Dos

ſurratione mutaretur, non obſuit gladiator filius, uxor infamis: [1] deus uſque etiam nunc habetur, [2] ut vobis ipſis, ſacratiſſime imperator Diocletiane, & ſemper viſum eſt & videtur: qui eum inter numina veſtra, non ut cæteros, ſed ſpecialiter veneramini, ac ſæpe dicitis vos vita & clementia tales eſſe cupere qualis fuit Marcus, [3] etiamſi philoſophia nec Plato eſſe poſſit, ſi revertatur in vitam: & quidem hæc breviter & congeſtè. [4] Sub Marco Antonino [5] hæc ſunt geſta poſt 20
fratrem. [6] Primùm corpus ejus Romam devectum eſt,

CASAUBONUS.

1 *Deus uſque etiam nunc.*] Scripti, *deuſque etiam nunc h.*

2 *Ut vobis ipſis ſacratiſſime imperator.*] In primis editionibus & manu exaratis pleriſque, *vobis ipſi* non *ipſis*. qui fuit poſtremæ Latinitatis idiotiſmus. nam in ſcriptoribus illis, ut apud Ivonem Carnutenſem, ſæpiſſime leges, *vos ipſe attendite*. &, *vos ipſe ſcripſiſtis*, ac ſimilia. ejus generis eſt apud veteres Romanos, *tacente nobis*, *dicente nobis*, quæ nota ſunt eruditis.

3 *Etiamſi philoſophia nec Plato eſſe poſſit.*] Scimus viros magnos hunc locum pro depravatiſſimo habuiſſe, & tantùm non pro conclamato: qui tamen videtur nobis integerrimus. tantum ita ſcribe: *ac ſæpe dicitis vos vitâ & clementiâ tales eſſe cupere qualis fuit Marcus: etiam ſi philoſophiâ nec Plato eſſe poſſit.* talis & tantus videlicet qualis quantuſque in eo ſtudio fuit Marcus. Porro quantus in philoſophia habitus ſit Marcus, habes in Veri quæ ſequitur vita.

5 *Hæc ſunt geſta. Poſt fratrem pr.*] Diſtingue, *Sub M. A. hæc ſunt geſta poſt fratrem. Primùm c.*

6 *Corpus ejus Romam devectum eſt.*] Suſpicionem mendæ injicit regius qui præfert, *c. ejus ut Romam deveheretur eſt & ill.* Auctor eſt Galenus in Commentario Περὶ τῆς προσιούσης, Marcum Veri media hieme defuncti corpus Romam advexiſſe, & juſtis illi factis ad bellum contra Germanos ſtatim eſſe profectum. quanquam ex Capitolino colligas, non adeò modicum fuiſſe tempus, quod Romæ egit Marcus priùs quàm iterum proficiſceretur ad id bellum.

GRUTERUS.

1 *Deuſque etiam nunc.*] Ita præter Caſauboni ſcriptos codd. etiam Palatinus noſter: non, *Deus uſque etiam nunc*, ut ante publicati.

2 *Ut vobis ipſis.*] Etiam Pal. *ipſi*. ſed potuit delituiſſe littera finalis ſub voce ſequenti.

SALMASIUS.

2 *Ut vobis ipſis, ſacratiſſime imperator.*] Conſtanter heic habent veteres libri: *vobis ipſi*. quod gloſſæ confirmant veteres in quibus legitur: *vos ipſe*, αὐτός. ſic *nos mitto*, in veteri poëmate piſtoris & coci:

Cruſtulæ nos Jano, ſponſæ muſtacia mitto.

Nec diſſimile eſt *præſente nobis*, quod veteres dixerunt. ſed & præſens pro præſentes, ut nuper obſervare memini in verſibus Nævii apud Chariſium.

Primum ad virtutem ut redeatis, abeatis ab ignavia,
Domo præſens patriam ut colatis potius quam peregre probro.

4 *Sub Marco Antonino hæc ſunt geſta.*] Non quid ſub Marco Antonino geſtum ſit, ſed quid ab ipſo poſt fratris mortem, cum ſolus teneret imperium, ſignificare voluit hoc loco Capitolinus. reſtituendum igitur ex vete-

est, & illatum majorum sepulcris: [1] divini honores decreti. Deinde quum gratias ageret senatui quòd fratrem consecrasset, occultè ostendit omnia bellica consilia sua fuisse quibus superati sunt Parthi. Addidit præterea quædam quibus ostendit nunc demum [2] se quasi à principio acturum esse remp. [3] amoto eo qui remissior videbatur. [4] Nec aliter senatus accepit quàm Mar-

veteri libro: *sed Marco Antonino hæc sunt gesta post fratrem. Primum corpus ejus Romam devectum est.*

6 *Primum corpus ejus Romam devectum est.*] Pleraque in hac pagina jam supra dicta fuere: quæ nunc temere repetit, aut frustra ibi sunt posita, cum heic illa iterum reponere cogitaret. ordine tamen heic paulò meliore procedit, & uno contextu narrat quæ Marcus gesserit post mortem fratris. post cujus consecrationem statim de profectione adversus Germanos cogitavit Marcus, ut supra ex Galeno notabamus. nec vero non modicum tempus intercessisse inter justa Vero persoluta, & profectionem Marci possumus ex Capitolino colligere, ut asserit Casaubonus: immo colligimus admodum modicum interfuisse tempus. idque verba illa quæ paulo post sequuntur manifesto evincunt: *proficiscens ad bellum Germanicum filiam suam non decurso luctus tempore, grandævo equitis Romani filio Claudio Pompejano dedit.* per filiam suam, Lucillam intelligit, Vero prius nuptam, quam collocavit Pompejano Marcus ad bellum proficiscens, cum illa nondum Verum eluxisset. non igitur potuit annus interesse inter Marci profectionem & Veri consecrationem. Hiemis medio mortuus & Romam devectus est Verus. ineunte vere aut ad summum æstate profectus est Marcus. nec plus intercessisse videtur temporis.

GRUTERUS.

1 *Divini honores decreti.*] Pal. vocula amplius, *divini in honores decreti.* an fuit? *divini inde honores decreti.*

4 *Nec aliter Senatus accepit, quàm Marcus dixerat, ut videretur.*] Nihil varium membranæ Palat. & subest sensus aliquis huic scripturæ.

CASAVBONUS.

2 *Se quasi à principio actuum esse Remp.*] Ὅτι οἱονεὶ ἐξ ὑπαρχῆς μετέβαλε πολιτείας: hoc est, velut jactis novis fundamentis omnia in melius mutare.

4 *Nec aliter senatus accepit quàm Marcus dixerat.*] Satis inhumanum est putare Marcum de morte fratris palam esse gavisum. Molliamus censeo asperitatem sententiæ, & scribimus, *N. a. s. a. quæ Marcus dixerat, quàm ut videretur grat. ag.*

SALMASIUS.

3 *Amoto eo qui remissior videbatur.*] De Vero hæc dicuntur quem remissiorem fuisse vult, quod voluptatibus & deliciis esset deditus. sic de Gallieno luxuriosissimo principe, remissius illum egisse dicit Trebellius Pollio: *ubi Odenatus comperit Macrianum cum filio interemptum, regnare Aureolum, Gallienum remissius agere.* tamen fides habetur Dioni, non remissior fuerit Marco Verus, immo etiam aliquanto bellicis actibus aptior & accommodatior. ὁ δὲ Λύκιος, inquit, ἐρρωτό τε καὶ νεώτερος ἦν, καὶ πάσι πρᾶξαι καὶ λόγοις τε ἔργοις καὶ βουλαῖς πρός. & tamen omnia bellica consilia sua fuisse videri volebat Marcus oratione ad senatum.

4 *Nec aliter senatus accepit quàm Marcus dixerat.*] Nolim mutari *quàm* in *qua.*

Marcus dixerat, ut videretur gratias agere quòd Verus excessisset vita. [1] Omnibus deinde sororibus & affinibus & libertis, juris & honoris & pecuniæ plurimum detulit. [2] Erat enim famæ suæ [3] curiosissimus, [4] & requirens ad verum quid quisque de se diceret, [5] emendans quæ bene reprehensa viderentur. Proficiscens ad bellum Germanicum, filiam suam [6] non decurso luctus tempore, [7] grandævo equitis Romani filio Claudio Pompejano dedit, genere Antiochensi, nec satis nobili: [8] quem postea bis consulem fecit, quum filia ejus Augusta esset & Augustæ filia. [9] Sed has

quæ. apparet enim quid velit Capitolinus; nempe senatum sic accepisse verba Marci, quasi ille gauderet quod Verus excessisset è vita. & rectè sic quidem accepit: cum aperte ea verborum Marci mens fuerit. qui enim palam profitebatur se quasi à principio acturum rempublicam, nonne satis declarabat, prohibitum se dum viveret Verus, more suo modoque remp. gerere? quod in sua potestate nunc esse ut faciat, gaudere se ostendit, amoto eo qui ad hanc rem sibi impedimento erat, propter morum lasciviam & remissioris vitæ libertatem.

3 *Curiosissimus, & requirens.*] Caret particula *&*, vetus editio. sic igitur εὐσυνόπτως concipienda hæc periodus: *erat enim famæ suæ studiosissimus, requirens ad verum quid quisque de se diceret, emendans quæ bene reprehensa viderentur.*

CASAUBONUS.

1 *Omnibus deinde sororibus.*] Jam dixit, *amitasque ejus & sorores honoribus & salariis sublevavit.* quare in regio ista heic non leguntur.

2 *Erat enim famæ suæ curiosissimus.*] Paullò post, *Male loquentium dictis vel literis vel sermone respondebat.* & in fine, *de avaritia se multis epistolis purgat.*

5 *Emendans quæ bene reprehensa viderentur.*] *Erat emendans*, pro emendabat. ut Attici ἐπανορθῶν λῶ pro ἐπανόρθω. mirum quàm delectetur hoc Atticismo durus scriptor & minimè Attikὸς Lucifer Caralitanus: apud quem leges passim, *es dicens, es capiens, es permanens, es credens*, & id genus sexcenta quæ rarius invenias alibi. heic quoque malim scribi *emendabat.*

6 *Non decurso luctus tempore.*] Ante exactum annum luctus legitimi.

7 *Grandævo equitis Ro. filio.*] Sic regius: alii libri, *grandævi.* malè.

8 *Quem postea bis consulem fecit q.*] In anno Marci XIII. Severum II. & hunc Pompejanum Coss. exhibent Fasti. alterum consulatum adhuc quæro.

GRUTERUS.

4 *Et requirens ad verum quid quisque de se diceret, emendans quæ bene reprehensa viderentur.*] Aliter Herodes de quo sic Josephus lib XV. Antiq. c. 13. *Herodes sæpe plebejo cultu miscebatur vulgo noctes, ut experiretur quid de se sentiret populus: & quotcunque pertinaciter improbarent ejus studia, in omnes inclementer animadvertebat.* Sed de Principibus, qui habitu dissimulato explorarunt populi de se opinionem, non vulgaria posuimus ad Taciti lib. 11. c. 13. p.

9 *Sed has nuptias, & Faustina, & ipsa quæ dabatur, invitæ habuerunt.*] Quid mirum? videtur enim pollui nobilitas familiæ nuptiis tam imparibus; ut

has nuptias & Faustina & ipsa quæ dabatur, invitæ ha-
21 buerunt. Quum Mauri Hispanias propè omnes vastarent, [1] res per legatos benè gestæ sunt. Et quum [2] per Ægyptum Bucolici milites gravia multa fecissent, per Avidium Cassium [3] retusi sunt, qui postea tyrannidem arripuit. [4] Sub ipsis profectionis diebus in secessu

ut pluribus diduximus ad illud Taciti lib. 1. Ann. cap. 53. *Fuerat in matrimonio Tiberii Julia, spreveratque ut imparem.*

2 *Per Ægyptum Bucolici milites gravia multa fecissent.*] Palat. noster planè alio sensu, *Bucolicis*; & contra ea quæ refert in Avidio Cassio Vulcatius capite 6. f.

3 *Retusi sunt.*] Etiam noster Palatinus mavult illud aliorum, *retunsi.*

SALMASIUS.

2 *Per Ægyptum Bucolici milites gravia multa fecissent.*] Palatinus, *Bucolicis*: mendose. ipsissima autem hæc verba referuntur à Volcatio in Avidio Cassio: *Nam quum & Bucolici milites per Ægyptum gravia multa facerent, ab hoc retunsi sunt.* quam tamen Avidii Cassii vitam etiam auctori Spartiano defendunt vetera excerpta..

CASAUBONUS.

1 *Res per legatos bene gestæ sunt.*] Huc refero quòd in saxo quodam Hispanicò dicitur Marcus, DEVICTOR. OMNIVM GENTIVM. BARBARARVM. Addit regius, *& per ipsum compositæ.* ex altero loco qui non longè sequitur in hæc verba: *Compositæ res in Hispania, quæ per Lusitaniam turbatæ erant.* talia multa in eo codice, quæ nihil attinet adnotare.

2 *Per Ægyptum Bucolici milites gravia multa fecissent.*] Volcatius Gallicanus in Avidio Cassio non idem solùm dicit, sed iisdem planè verbis cum Capitolino: ut videatur alter alterum describere: vel potiùs, quod & certum est, ambo Marii Maximi verbis loquuntur. de hoc bello & prædonibus istis Ægyptiacis eorumque duce Isidoro, lege Xiphilinum. dicti sunt Βουκόλοι & Bucolici à vulgari appellatione ejus loci quem inhiderent: nam, ut ait Heliodorus, Βουκόλια σύμπας κέκληται τῆς Αἰγυπτίων ὁ τόπος. vide necessariò sequentia: nullus enim est veterum scriptorum, unde hæc discas tam bene, atque hic unus. Hieronymus in vita Hilarionis eremitæ: *Qui cùm revertisset, cupienti rursum ad Ægyptum navigare, hoc est ad ea loca quæ vocantur Bucolia, eò quod nullus ibi Christianus esset, sed barbara tantum & ferina natio, &c.*

3 *Retusi sunt.*] Reg. *retunsi.* ut obtunsus, alibi pro obtusus.

4 *Sub ejus profectionis diebus in secessu.* Palam est auctorem loqui de altera Marci ad bellum Germanicum profectione, post Veri mortem suscepta: hoc enim arguunt manifestissima verba præcedentia, quibus hæc cohærent. Onuphrius tamen Panvinius ad priorem profectionem refert, in qua habuit Marcus fratrem Verum comitem. movetur vir eruditissimus sequentibus verbis, *& quia ludi Jovis* OPT. MAX. *erant:* quæ ita le interpretatur de agone Capitolino: refertque illam priorem Marci ac Veri expeditionem in annum quo consules habuit Pudentem II. & Pollionem Vitrasium: quo anno agon Capitolinus XXI. fuit celebratus. Fallitur vero diligentissimus Onuphrius in hoc epilogismo; & quidem luxatio integro: nam si per ludos Jovis OPT. MAX. quorum hic mentio, Capitolinus agon intelligitur; de quo tamen dubitari nec temere potest; certissimum

ſeceſſu Præneſtino agens, [1] filium nomine Verum Cæſarem [2] execto ſub aure tubere ſeptennem amiſit, quem non plus quinque diebus luxit, [3] conſolatuſque etiam

mum eſt non de illo luſtro capiendum eſſe, quod putat Onuphrius, ſed de eo quod illud proxime eſt ſecutum. In errorem impulit, quòd tempus à Vero inſumptum in Parthica expeditione multo quàm debuerit brevius ſtatuit: hoc πρῶτον ψεῦδος, unde alia peccata in aſſignandis utriuſque expeditionis Germanicæ temporibus nam ejus ſententiam refellit manifeſtò Galenus: quo nemo melior aut certior rerum illarum teſtis.

1 *Filium nomine Verum Cæſarem.*] Lege quæ notamus ad Lampridii Commodum.

2 *Execto ſub aure tubere.*] Reg. *excepto:* corruptè; ut ſunt ibi pleraque in hac vita corruptiſſima. Si quid mutandum, ſcribam *exorto.* ſed placet *execto:* nam videtur ea voce medicorum imperitiam notare, qui intempeſtiva tuberis ſectione pernitiem huic puero attulerunt, quanquam id legere non memini apud Galenum, aſſiduum criminatorem medicorum qui in aula & in urbe ea tempeſtate alicujus erant nominis.

3 *Conſulatuſque etiam medicos actibus publicis ſe reddidit.*] Prorſus ridicula lectio: in Regio hoc ſolùm aliter, quòd *rediit* ſcriptum, non *reddidit*: omiſſa vocula *ſe*, quam nullus veterum agnoſcit. Tentabam ex veſtigiis iſtis, *conſolatuſque etiam edicto ſe, publicis actibus reddidit.* vel, *ad publicos actus rediit.* Solebant imperatores etiam de hujuſmodi rebus cum populo per edicta agere: quorum exempla in Suetonii Claudio, & Cæſarum hiſtoria tota paſſim. Sed placet nobis impenſe clariſſimi Lipſii emendatio, *conſultuſque, etiam medios publicis actibus reddidit.*

GRUTERUS.

3 *Exſecto ſub aure tubere.*] Sic rectè Pal. nempe incidit in febrem continuam ob dolorem obortum à ſectione illâ, & ſic periit.

3 *Conſolatuſque etiam medicos, actibus publicis ſe reddidit.*] Nihil divertunt ab hac ſcriptura membranæ Pall. quam quod non agnoſcunt pronomen *ſe*; ſi quid mutandum, bellè Lipſius, *conſuliuſque etiam medios, publicis actibus, &c.* ſed quis ille importunè impudens qui auſus fuiſſet conſulere Imperatorem tam recenti luctu. veroſimilius eſt, Marcum ea ſtatim fuiſſe fortitudine animi, ut alios erigere tentaverit alloquio ſuo, etiam medicos, qui non ſimpliciter ſanè lugebant hanc filii ejus mortem; vel ob artis ſuæ ſucceſſum minus felicem.

SALMASIUS.

3 *Conſolatuſque etiam medicos actibus publicis ſe reddidit.*] Non pluribus arguam ineptias vulgatæ lectionis. ab eruditis id jam factum. Magis mirum eſt qua conſtantia conſpirent in ea retinenda veteres libri, qui per omnia ſimilem exhibent, niſi quod *ſe* pronomen non agnoſcunt. nihil aliud video huic loco corrumpendo materiam ſuggeſſiſſe quam vox *conſolatus* ignorata. Hujus, inquam, unius vocabuli parum cognita ratio fecit, ut *medios*, pro *medicos* legeretur: aliud enim nihil mutandum: *conſolatuſque, etiam medios actibus publicis reddidit.* quæ ſententia olim fuit doctiſſimi Lipſii. ſed ille *conſultus* pro *conſolatus* legebat, ego *conſulatus* retineo. non ſemel mihi veteres libros pervolventi *conſolatio* pro *conſultatio*, & *conſolari* pro *conſuli* ſcriptum occurrit. in collatione Romanarum & Moſaicarum legum, tit. 1. verba conſolationis & reſcripti ita habent. nam ita in veteri libro fuiſſe vir doctiſſimus annotat, ut & apud Servium lib. III. Æneidis:

Angu-

etiam medicos [1] actibus publicis se reddidit. Et quia ludi Jovis optimi maximi erant, interpellari eos publico luctu noluit: jussitque ut statuæ tantummodo filio mortuo decernerentur, & [2] imago aurea circensibus per pompam ferenda, [3] & ut saliari carmini nomen ejus insereretur. Instante sanè adhuc pestilentia, & [4] deorum

Augurium est exquisita Deorum voluntas per consolationem avium aut signorum. Consolationis etiam scriptum repperi bis aut ter in optimo Titi Livii exemplari ex Bibliotheca Puteanorum fratrum. sic in Epistolis Pontificum non pridem à Gretzero editis epist. XCVIII. *quòd si quis pecudum aut suillum sanguinem vel suffocatum manducaverit, non solum totius est consolationis expers, sed quoque ipsius intelligentiæ communis prorsus extraneus.* epist. vero XCVI. dixerat pro eodem: *eruditionis totius alienus.* sic *consulatus* hoc loco pro *consultus.* ut autem *consolari* pro consulere, ita contra *consulere* pro consolari, quo sensu apud Venantium sæpe positum reperitur, & notant veteres Glossæ: *consulit,* ἐπύθετο, προενοήσατο, πυνθάνεται, καὶ προμυθεῖται. sed ut dicam libere quod sentio, mihi videtur quoties *consolatio*, pro *consultatio* legitur, consolationem ibi scriptum esse pro consulatione. nec dubium quin *consulare* pro *consulere* dixerint, ut *inducare* pro *inducere*: *compescare*, *diglubare*, *cudare*, *molare*, *sculpare*, *incolare*, & ejusmodi qualia multa nuper observabamus ad Tertulliani Pallium.

GRVTERVS.

1 *Actibus publicis se reddidit.*] Haud aliter Tiberius: de quo ipsemet sic apud Tacitum lib. IV. cap. 8. *Non quidem sibi ignarum posse argui, quod tam recenti dolore subierit oculos Senatus: vix propinquorum alloquia tolerari, vix diem adspici à plerisque lugentium. neque illos imbecillitatis damnandos: se tamen fortiora solatia è complexu Reipub. petivisse.*

CASAUBONUS.

2 *Imago aurea circensibus per pompam ferenda.*] Petitum exemplum ab iis quæ in Germanicum olim decreta. Tacitus: *decretum ut ludos circensibus burna effigies præiret.* notus mos.

3 *Et ut saliari carmini nomen ejus insereretur.*] Tacitus, *ut nomen ejus saliari carmine caneretur.* multa nos de hoc genere honoris apud Athenæum libro sexto, capite XIV. Simile apud Athenienses fuit quòd bene meritos de republica peplo Minervæ interebant: unde natum apud illos proverbium, ἄξιός ἐστι καὶ πέπλου. ut si dicas, dignus est, cujus nomen saliari carmine canatur. Aristophanes in equitibus,

Εὐλογῆσαι βουλόμεθα τοὺς πατέρας ἡμῶν, ὅτι
Ἄνδρες ἦσαν τῆσδε γῆς ἄξιοι καὶ πέπλου.

Diodorus Siculus libro XX. ubi narrat decretos ab Athenienſibus honores Antigono & Demetrio: καὶ συντελεῖν αὐτοῖς ἀγῶνας, καὶ πομπὴν καὶ θυσίαν συνφαινόντων αὐτὸς εἰς τὴν Ἀθηνᾶς πέπλον κατ' ἐνιαυτόν. Velim verò observari quod hic ait Diodorus de annuo peplo: nam Minerv peplus non quotannis illi consecrabatur, sed ἀφ' πενταετηρίδος, ut scribunt veteres critici: & Plautus disertis verbis in Mercatore, *quinto quoque anno.*

4 *Deorum cultum diligentissimè restituit.*] Fecerat idem imminente bello Parthico. quod testantur Acta Græca Abercii statim initio: Μάρκου Ἀντωνίου καὶ Λουκίου Βήρου τοῦ αὐτοκράτορος Ῥωμαίων διέποντος δρόμου, ἔχοντος ἐπὶ πᾶσαν ἐφόπτα τοῦ γένους, ὅτε τότε Ῥωμαίοις ὑπήκουε, δημοτελῶς κελεύου

rum cultum diligentissimè restituit, & servos [1] quemadmodum bello Punico factum fuerat, ad militiam paravit, [2] quos *Voluntarios* exemplo Volonum appellavit. [3] Armavit etiam gladiatores, [4] quos *Obsequentes* appellavit. [5] Latrones etiam Dalmatiæ atque Dardaniæ, milites fecit. [6] Armavit & Diocmitas. emit & Germanorum

κελεῦον τοῖς λεγομένοις θεοῖς ἀποτάξας τε καὶ θυσίας ἐπιτελεῖν. quæ referrem lubens ad hoc tempus, nisi vetaret series eorum Actorum, ut quidem illa Metaphrastes digessit.

1 *Quemadmodum bello Punico factum est.*] Robertus à Porta, *bello secundo Pun.*

2 *Quos Voluntarios exemplo Volonum appellavit.*] De Volonibus notum ex Livio, Festo, Macrobio, aliis. Apud Livium in eadem historia Voluntarii quoque sæpe nominantur. qui diversæ conditionis fuerunt ab istis Marci Volonibus: liberi nempe homines, non servi: qui cùm vel propter ætatem, vel quòd legitima stipendia confecissent, cogi non possent, sponte militabant. Evocati postea dicti sunt, hoc est, inquit Dio, ἀνάκλητοι.

3 *Armavit etiam gladiatores.*] Tacitus de copiis Othonis: *deforme insuper auxilium, duo millia gladiatorum: sed per civilia arma etiam severis ducibus usurpatum.*

4 *Quos Obsequentes appellavit.*] Tanquam non in legionibus militantes, sed in obsequiis principis. in vita Pertinacis: *cum milites de castris ad obsequium principis convenissent.*

5 *Latrones etiam Dalmatiæ atque Dardaniæ milites fecit.*] Latrones appellat gentem latrociniis deditam, ex præda & rapinis plurimum viventem. non enim parti Dalmatarum aut Dardanorum, sed in universum omnibus hoc nomen convenisse ex historicis notum & geographis. Dalmatarum militum meminit vetus inscriptio Moguntina, cujus initium:

PLASSI. F. DIOCLEAS
MIL. EX. COHORTE. V
DALMATARUM.

6 *Armavit & Diocmitas.*] Regius, *Daticas.* sed vulgatam scripturam tuetur locus Ammiani, quem subjeci è libro XXVII. loquitur autem de Musonii vicarii Asiæ expeditione contra Isauros prædones. *Adhibitis,* ait, *semiermibus paucis, quos diocmitas appellant, unum grassatorum cuneum, si patuisset facultas, adoriri est conatus.* sic legunt ibi & antiqua Marcellini exemplaria. Errant qui existimant scribendum *diogmitas.* διωγμὸς Græcum est vocabulum: at διωγμίτης, non Græcum sed Barbarum. Nobis diu placuit scribi *diactas.* Apparet ex Ammiano militum genus fuisse levissimæ armaturæ: quorum opera adversus prædones, & id genus fugaces hostes utebantur. Vetus Romanorum mos fuit, ut per singulas provincias sorte ductas cohortes collocarent contra latronum incursiones. Tertullianus: *Latronibus vestigandis per universas provincias militaris statio sortitur.* Hi sunt latrunculatores, quos Justinianus in Novella octava, & XXVIII, ac XXIX. appellat λῃστοδιώκτας, & βιοκωλύτας. Sed quoniam *Diocmitas* scriptum in omnibus libris, regio excepto, invenimus, scribam lubens cum Josepho Scaligero, *Docimitas.* id nomen populi in agro Synadensi Phrygiæ, de quo Strabo aliique. Videtur Marcus horum aliquot cohortes in exercitu suo habuisse, ut Dalmatarum & Dardanorum. Meruerunt aliquando inter Romanorum mercenarios & Dolomitæ. gens ea fuit in Persidis montanis sita: de qua fusè Procopius libro ultimo.

norum auxilia contra Germanos. Omni præterea diligentia paravit legiones ad Germanicum & Marcomannicum bellum: & ne provincialibus esset molestus, auctionem rerum aulicarum, ut diximus, fecit in foro divi Trajani, in qua præter vestes & pocula & vasa aurea, etiam signa [1] cum tabulis magnorum artificum vendidit. [2] Marcomannos autem in ipso transitu Danubii delevit, & prædam provincialibus reddi-
22 dit. [3] Gentes omnes ab Illyrici limite [4] usque Galliam con-

SALMASIUS.

6 *Armavit & Diocmitas.*] Quæsivere docti de istis Diocmitis, an frustra nescio. eruditissimus Scaliger *Docimitas* volebat à Docimeo, quæ urbs est Phrygiæ. sed à Δοκίμεον, neque secundum artem nec secundum consuetudinem Δοκιμίτης potest descendere. Nam aut Docimenses aut Docimeni dicebantur: illud ex arte, hoc ex consuetudine. Stephanus: Δοκίμεον πόλις Φρυγίας, ὡς Εὐδαίμων. τὸ ἐθνικὸν Δοκιμεῦς, κ᾽ τέχνῃ, κ᾽ ἡ τῷ συνήθεια Δοκιμεωὸς, ἀφ᾽ ἧς τὰ μάρμαρα ἔτω φασί. non igitur potest esse Docimites à Docimium. deinde omnes libri *Diocmitas* retinent: & ita scribitur apud Ammianum Marcellinum. Diu multumque perpendenti non aliunde mihi deduci posse videntur isti Diocmitæ quam ἀπὸ τ᾽ διωγμοῦ. nam à διωγμὸς, διωγμίτης, vox quidem non illa barbara, insolentis tamen & novæ formæ. itaque magis placeat διωγμητὰς illos appellari, ἀπὸ τ᾽ διωγμῆσαι. quod verbum factum est à διωγμὸς. sic autem videntur appellasse genus militum leviter armatorum & expeditorum, ad persequendum fugitivos aut latrones, quos & διωκτὰς appellabant. & ut ita accipiamus, aperte suadent verba Marcellini: *genus seniermium*, inquit, *hominum quos Diocmitas appellant.* neque enim si ex aliqua gente & originem & nomen ducerent, ita locutus esset. *Diocmitas* autem scriptum pro *Diogmitas*, ut in veteribus libris *Docma* semper pro *Dogma* reperitur scriptum: & similia.

GRUTERUS.

6 *Armavit & Diocmitas.*] Sic omnibus litteris codex Palatinus.

1 *Magnorum artificum.*] Non aliter quoque Palat.

CASAUBONUS.

1 *Cum tabulis magnorum artificum.*] Perperam in membranis, *magnificorum artif.*

2 *Marcomannos in ipso transitu Danubii delevit.*] Marcomannos intelligo non gentem ipsam, quæ multis post seculis infesta Romano nomini perduravit: sed illum tantum exercitum eorum, qui stabat in acie. sequitur statim, *accepit in deditionem Marcomannos.* vide Xiphilinum & Legationem ex Dione Excerpta. narrat Dio, Jazygas magnam cladem accepisse, in pugna quæ pugnata est super aqua Danubii gelu concretis: de qua fortasse clade hæc sunt accipienda.

3 *Gentes omnes ab Illyrici limite usque Galliam conspiraverant.*] Aurelius Victor, *Triumphi acti ex nationibus quas regi Marcomaro ab usque urbe Pannonia cui Carnuto nomen est, ad medias Galliarum protendebantur.* Hæc Victor: ubi videtur illius in historica narratione securitatem: nam falsum omnes gentes quæ ad bellum Germanicum fere Mar-

conspiraverant, [1] ut Marcomanni, [2] Narisci, [3] Hermunduri, & Quadi, [4] Suevi, Sarmatæ, [5] Latringes, & Buri: [6] hi aliique cum Victovalis [7] Sosibes, [8] Sicobotes,

Marcomannicum societatem junxerunt, regi Marcomaro fuisse subditas. & quod ait, *usque ad media Gallorum* melius Capitolinus, *usque Galliam*. vel ut alii, *usque in Gall.* Sed ita loquitur Victor, res in Sequanis turbatas respiciens. de quo mox & Capitolinus.

GRVTERVS.

4 *Usque in Galliam.*] Sic quoque Palatinus noster.

2 *Narisci.*] Extat in Pal. *Varistæ*, quemadmodum & aliorum aliquot authentici.

5 *Latringes & Buri.*] Idem codex *Lacringes & Burei.*

6 *Hi aliique cum Victovalis.*] Pal. iterum *Victualis.* ita tamen expressit priorà, ut hæreas an duabus vocibus pronuntiari voluerit, an verò unâ, *Hialiique*; quod & alii invenerunt in libris suis.

SALMASIUS.

1 *Ut Marcomanni, Narisci.*] Naristæ dicuntur veteri libro, quod abest propius à Dionis lectione, qui in excerptis legationum, Ναρίσους appellat. Οὐαρισοὶ Ptolemæo. recte igitur heic *Varistæ* legeretur. sed N & V sæpe invicem mutantur. itaque Naristæ & Varistæ idem, vel Naristi & Varisti.

4 *Suevi, Sarmatæ.*] Plura genera Sarmatarum ponit tabula vetus Peutingerorum: *Sarmatas vagos, Sarmatas Amaxobios, Sarmatas Lupiones, Sarmatas Venedos, Sarmatas Roxulanos, Suanos Sarmatas, Sasonas Sarmatas.*

5 *Latringes & Buri.*] Palatinus: *Lacringes, Burei.* & *Lacringes* quidem melius quam *Latringes.* Nam Dioni sunt Δάσκειγγι pro Λάκειγγοι, quomodo reponendum apud Dionem censeo. Buri autem Βοῦροι Dioni dicuntur in Trajano. populos autem illos omnes quibus cum rem habuit Marcus, sic enumerantur à Dione: *Astingi, Iazyges, Marcomanni, Quadi, Naristæ, Diacringi, Buri.* Vetus vero tabula Peutingerorum tractuum illorum gentes sic enumerat: *Burcturos, Alamannos, Armalausos, Marcomannos, Quados, Lutugos, Dureos,* vel *Duros.* sic enim supplendam vocem imperfectam, quæ ibi legitur, *Dur*, censeo, & illos intelligo qui Buri heic & apud Dionem dicuntur.

CASAUBONUS.

2 *Narisci.*] In excerptis Legationum è Dione appellantur isti Ναρίσοι. in regio quoque eadem terminatio: sed in principio ibi peccatum, *Tharistæ* pro Naristæ. Tacitus *Nariscos* aut fortasse *Naristos* nominat. in libro De moribus Germanorum. in codice Augustano *Varistæ:* quomodo etiam in Ptolemæi codicibus, nam ibi Οὐαρισοί.

3 *Hermunduri & Quadi.*] Reg. *Hermunduli.* Quatuor hos populos etiam Tacitus similiter jungit. *Juxta Hermunduros,* ait, *Narisci, ac deinde Marcomanni & Quadi agunt.*

5 *Latringes & Buri.*] Reg. *Latringes, Burci.* Suspicor esse qui in libris Taciti dicuntur Marsigni & Burii, sermone cultuque Suevos referentes. nisi mavis Marsignos Taciti esse Μαρσιγνοὺς Ptolemæi: quod propius vero. at in Excerptis è Dione Δάγκειγγι depravatè, pro Λάσκειγγι, vel Λάτριγγοι. Jornandes nominat & Astringos: qui non sunt Latringes isti: sed qui dicuntur Dioni Ἀστίγγοι. *Burri* Ptolemæo quoque οἱ Βοῦρροι, & Dioni in Excerptis.

6 *Hi aliique cum Victovalis.*] Regius *Ayalii.* sic & Puteani unus. Sed Hyaliorum inter gentes Germanicas aut

tes, [1] Rhoxolani, Baſtarnæ, [2] Alani, Peucini, [3] Coſtoboci. Imminebat & Parthicum bellum & Britannicum. Magno igitur labore etiam ſuo gentes aſperrimas vicit, [4] militibus ſeſe invitantibus, ducentibus etiam exercitum legatis & præfectis prætorio: accepitque in deditionem Marcomannos, plurimis in Italiam traductis. [5] Semper ſanè cum optimatibus, non ſolùm bellicis rei,

Sarmaticas, quod ſciam, nemo eſt qui fecerit mentionem. Aſſentior igitur Beato Rhenano, reconditæ doctrinæ viro, qui pridem corrigendum monuit *Taifali*. nota gens ex Mamertini panegyrico, & magis ex Ammiani hiſtoria XXXI. ubi multa de horum turpi & obſcœna vita. Jornandes de rebus Geticis Tafilos dicit, ſive Thuifalos. de Victovalis, qui Ammiano Victobali, antè dictum. Scripti, *Convictuales*.

SALMASIUS.

6 *Hialiique cum Victovalis.*] Palatinus unica voce: *Hialiique cum Victuali*. populos ego quidem nullos iſto novi nomine. nec neſcio vulgo doctiſſimos viros, *Taifali*, reponere, & hanc illis placere conjecturam, quid ſtatuam neſcio. *Victuali* autem ſemper ſcriptum in optimo libro Βικτάλους Græci ſcriptores nominant.

CASAUBONUS.

7 *Soſibes, Sicobotes.*] Regius, *Sicobotes*. utrum melius, aliis quærendum relinquimus: nobis enim hæc populorum nomina, alibi non comperta. Qui deinceps ſequuntur, omnes vulgò notiſſimi. *Coſtoboci*, Dioni Κοστοβόκοι. Ptolemæi codices, Κοιστοβόκοι.

GRUTERUS.

8 *Sicobotes.*] Haud ſecus Palatinus.

2 *Alani Peucini.*] Noſter, *Halani*, *Peutini*.

4 *Militibus ſeſe invitantibus.*] Pal. *imitantibus*. quod probiſſimum hæc fuerit, ſi acceperit ſcriptor *ſeſe* pro eo. fit enim fere ut miles ſequatur exemplum ducis ſui. vulgato tamen non ſua etiam deſit ratio.

SALMASIUS.

1 *Rhoxolani, Baſtarnæ, Alani.*] In veteri tabula: *Blaſtarni, Dacpetoporian, Piti, Dagæ, Getæ, Venedi, Rexolani, Manicatæ, Cannatæ, Pſiccani, Alani, Blaſtarni* pro Baſtarni. nam & ibi in propinquo ponuntur, *alpes Baſtarnæ*. reliqua nos alias per otium expedimus.

3 *Coſtoboci.*] *Coſtobocæ*, Ammiano Marcellino.

4 *Militibus ſeſe invitantibus.*] Quis neget veram eſſe lectionem libri Palatini, *ſeſe imitantibus*? *ſeſe* autem loquendi genere illa ætate vulgato pro *ipſum*. nempe Marcum; cum milites ſcilicet ipſum imperatorem ſuum imitarentur & ad illius exemplum laborarent præceſſit enim de Marco. *Magno igitur labore, etiam ſuo gentes aſperrimas vicit, militibus ſeſe imitantibus, ducentibus etiam exercitum legatis & præfectis prætorio. ſeſe* igitur pro *ipſum*, ut ſæpe apud iſtos auctores. cum enim imperator exemplum eſſet laboris & virtutis ſuis militibus, ipſum imitabantur milites. nihil verius.

5 *Semper ſanè cum optimatibus.*] Optimates hic vocat Capitolinus, quos in Hadriano *ſummates* Spartianus appellat: *quum cum plurimis ſummatibus poſceret*. alibi dicuntur *proceres*. optimates illis temporibus & proceres & ſummates, non alii erant & dicebantur

res, sed etiam civiles, priusquam faceret aliquid, contulit. Denique sententia illius præcipua semper hæc fuit, *Æquius est ut ego tot & talium amicorum consilium sequar, quàm ut tot & tales amici meam unius voluntatem sequantur.* Sanè quia durus videbatur ex philosophiæ institutione Marcus ad militiæ labores atque ad omnem vitam [1] graviter carpebatur: sed malè loquentium dictis, vel literis vel sermone respondebat. Et multi nobiles [2] bello Germanico sive Marcomannico, imò plurimarum gentium, interierunt: [1] qui-

bantur quam senatores. optimos nobilium vocat Aurelius Victor Scothi: *& patres quidem præter commune Romanii malum orbis stimulabat proprii ordinis contumelia, quia primus in se metu socordiæ suæ ne imperium ad optimos nobilium transferretur, senatum militia vetuit, etiam adire exercitum.* eidem *proceres* dicuntur in Tacito: *cunctis fere lætioribus quod militari ferocia legendi jus principis proceres recepissent.* atque alibi apud eumdem non semel idem etiam sub nobilitatis nomine senatum intelligit in Heliogabalo: *ac magis magisque Alexandri, quem comperiebat Opilii nece Cæsarem nobilitas nuncupaverat, amor cumularetur.* in Gordiano: *iisdemque per Africam diebus milites Gordianum, Gordiani filium, qui forte contubernio patris prætextatus ac deinceps Præfectus prætorio interierat, Augustum creavere. neque sane factum nobilitas aspernata.* in Decio; *Julius Valens cupientissimo vulgo imperium capit: verum utrique mox cæsi, cum Priscum nobilitas hostem patriæ censuit.* ubi semper nobilitatis nomine senatum intelligit. Principes vocat Seneca lib. II. de benef. cap. XII.

CASAUBONUS.

5 *Semper fuit cum optimatibus.*] Non significat vox hæc sub Imperatoribus, quod olim libera Rep. cùm essent & dicerentur alii optimates, alii populares. nam mutata ejus forma, & studiis partium extinctis, omnes qui in Rep. eminerent dicti optimates. Glossæ vertunt rectè, ἀριστοπολῖται. at vetere notione, optimates erant οἱ ὀλιγαρχικοί ut ad Theophrastum observabamus: non autem indistinctè τοὺς ἀριστοὺς τῆς πόλεως. Aurelianus in epistola ad Gallonium *optimates Gothicas* appellat, mulieres captivas in sua gente nobiles. Ingens abusus in hac voce postea commissus, cùm dicti sunt optimates ministri potestatum: quales sunt in Novellis οἱ τάξεώτται, aut spiculatores, vel similes his: qui justi milites non erant, sed quasi publici quidam servi ducibus ministrabant, optionibus similes. semper tamen hos Græci ὀπτιμάτους nominant: ut Tacticorum auctores & Constantinus libello Περὶ θεμάτων: ubi multa de themate optimatum. at optiones etiam Procopio ὀπτίωνες.

1 *Graviter carpebatur.*] Istud probabilius, quàm quod antè dictum: *Dabat se Marcus totum & philosophiæ, amorem civium affectans.*

2 *Bello Germanico, sive Marcomannico, sive plurimarum gentium.*] Sic loquitur ut significet posse hoc bellum non solum Germanicum aut Marcomannicum appellari; sed etiam Sarmaticum, & Quadicum, & Suevicum, & aliis plurimis nominibus, de singularum gentium appellationibus, quas modò Capitolinus enumeravit.

[1] quibus omnibus ſtatuas in foro Ulpio collocavit. Quare amici frequenter ſuaſerunt ut à bellis diſcederet, & Romam veniret: ſed ille contempſit ac perſtitit; [2] nec priùs receſſit quàm omnia bella finiret. [3] Provincias ex proconſularibus conſulares, aut ex conſularibus

1 *Quibus omnibus ſtatuas in foro Ulpio collocavit.*] Sic Auguſtus ſtatuas omnium ducum in utraque fori ſui porticu dedicavit.

2 *Nec priùs receſſit quàm omnia bella finiret.*] Recte, ſi de prioribus expeditionibus accipias: nunquam enim receſſit niſi victor & rebus cum hoſte compoſitis. at ultimum bellum conſtat ab eo non eſſe confectum: ſed non recedit à bello qui illi immoritur.

3 *Provincias ex proconſularibus conſulares, aut ex conſularibus proconſulares, aut prætorias pro belli neceſſitate fecit.*] Provinciarum alia eſt ordinaria adminiſtratio, alia extraordinaria. ſæpe enim principes, pro temporum neceſſitatibus, formam uſitatam immutarunt. *temporaria autem permutatio jus provinciæ non immutat*, inquit Ulpianus lege CXXIV. de regulis juris. Exempla ſunt in hiſtoria principali, jam inde ab Auguſto multa. Ejuſmodi eſt quod hic obſervatur de Marco: & quod de Alexandro ſcribit Lampridius: *Provincias prætorias præſidiales plurimas fecit: proconſulares ex ſenatus voluntate ordinavit.* Obſervabis in Capitolini verbis diſtingui provincias conſulares à proconſularibus: in quo vel peritiſſimi rei Romanæ jure hæreant. nam quod inter has diſcrimen ſtatuemus? Proconſulares ſcimus dictas in quas mittebantur functi conſulatu, ut illis proconſule præeſſent. iidem conſulares dicebantur, & eorum provinciæ modò conſulares modo proconſulares. Non aliter apud Tullium & cæteros veteres ſcriptores hæ voces accipiuntur. mira igitur hæc Capitolini diſtinctio, atque, ut puto, alibi non legenda. Accedit huc, quòd præſidialium provinciarum nulla heic mentio. cur prætermiſit? meliùs Lampridius: qui tria provinciarum nomina, quot & fuerunt, ponit diſtinctè: proconſularium, & prætoriarum, quæ in poteſtate populi; & præſidialium, quæ propriæ principis ex inſtitutione Auguſti. Erant præter provincias & præfecturas quædam cum in Italia, tum alibi, quas conſulares viri adminiſtrabant, de quibus in Hadriani vita dictum eſt. an igitur de his præfecturis ſentit Capitolinus, & provincias diverſa notione nominat? omnis enim procuratio cujuſcunque partis Reip. provincia dici poteſt. ſic apud Ciceronem provincia callium & aquarum. Vix tamen putem, hanc interpretationem convenire iſti loco. Obſervabamus ad Spartiani Hadrianum, etiam præſides & legatos provinciarum Auguſti, poſtea appellatos eſſe proconſules, vel proconſules Auguſti. ex hac conſuetudine loquendi proconſulares provincias interpretari heic poſſumus, præſidiales.

SALMASIUS.

3 *Provincias ex proconſularibus conſulares, aut ex conſularibus proconſulares.*] Nihil heic ſani loquuntur viri doctiſſimi putes in alium orbem deductos nec in orbe Romano verſari: ita peregrini ſunt, & pro peregrinis agunt. ſemper fuit in arbitrio ac poteſtate Romanorum Principum jam inde ab Auguſto provinciarum adminiſtrationem pro belli ac temporum neceſſitate immutare. pacatas provincias & quæ annuis magiſtratibus facile regi poſſent, populo conceſſit Auguſtus, eæque ordinario jure adminiſtrabantur. nam magiſtratus

ribus proconſulares, [1] aut prætorias pro belli neceſſitate

ſtratus Populi Romani, Conſules, Prætores, magiſtratu functi ſortitu provincias illas accipiebant regendas, more qui ſtante etiam rep. obſervabatur, & peracto adminiſtrationis tempore decedebant. ac dictæ illæ proconſulares & prætoriæ, vel etiam proconſulares tantum, ut in ſuperioribus obſervabamus. & proconſules dicebantur prætores, qui jure & imperio conſulari provinciis præerant. Bellicas autem provincias & quæ annuo magiſtratu retineri non poterant, ſuæ eſſe partis voluit Cæſar, eaſque per legatos conſulares & prætorios adminiſtrabat. & eæ quidem in quas ex parte Cæſaris viri conſulares mittebantur, conſulares dictæ, ut prætoriæ, quæ à legatis prætoriis. vel potius inter provincias Cæſaris ſi quæ eſſent ex antiquo conſulares, in eas viros conſulares legatos mittebat; ſi quæ vero prætoriæ, prætorios qui & legati Auguſti pro prætore dicebantur. hinc nata differentia provinciarum conſularium & proconſularium, quæ ſub libera Republica fuit inaudita. ſed ſub Cæſaribus, ut jam ante ad Hadriani vitam notavi, populi provinciæ proconſulares dicebantur, Cæſaris vero conſulares. illæ à proconſulibus more & ordine antiquo adminiſtrabantur: iſtæ jure novo & extraordinario per legatos Auguſti conſulares. ſi quid autem novi exoriretur in provinciis pacatis, aut in earum vicinia, & bellici motus exiſterent, de proconſulari conſularem eam faciebat Cæſar, & eo legatos mittebat, & populo in locum ejus quam ademerat, aliam ex ſuis quæ pacatior eſſet reddebat, & ſic illa de conſulari proconſularis fiebat. hoc eſt quod ait Spartianus, Marcum pro belli neceſſitate de conſularibus proconſulares, & de proconſularibus conſulares provincias feciſſe. quoties igitur legeris *conſularem provinciæ*, ſemper de legato Cæſaris ille tibi conſularis accipiendus; quoties proconſulem, de magiſtratu populi Romani intelligere debebis: & ſecundum hanc proconſulum & conſularium differentiam diſtinctio quoque provinciarum proconſularium & conſularium procedit. plura ad Hadrianum Spartiani diximus quæ repeti heic non debent.

1 *Aut prætorias.*] Eas intelligo quæ à legatis prætoriis regebantur, qui & legati Auguſti pro prætore dicti ſunt. Populus etiam habuit ſuas provincias prætorias. nam ex inſtitutione Auguſti inter populi provincias, duæ tantum proconſulares fuere, decem prætoriæ, in quas prætores mittebantur. ita Strabo lib. XVII. εἰς δὲ τὰς δημοσίας ὁ δῆμος στρατηγὸς ἢ ὑπαλικὸς πέμπει. *prætores aut conſulares.* ſed omnes poſtea prætores prætoriique qui provincias populi adminiſtrabant, dicti ſunt proconſules, & proconſulari jure eas regebant. hinc tam frequens mentio proconſulum eorum qui nunquam conſules fuiſſent, in veterum libris. quod ſæpe viris doctis impoſuit. Tacitus lib. XVI. Annal. ſcribit Petronium factum eſſe proconſulem Bithyniæ, & mox conſulem. Bithynia populi fuit provincia, quam inter στρατηγίας, id eſt prætorias recenſet Strabo. itaque idem Tacitus lib. I. Annal. Granii Marcelli prætoris Bithyniæ meminit. ubi prætorem in proconſulem mutandum exiſtimant viri docti. ſed fruſtra, nam prætor & proconſul, idem. Petronius Bithyniæ præſes, proconſul dicitur, qui nunquam tamen antea conſul fuerat. nec conſularis erat, ſed conſulari poteſtate Bithyniam prætoriam adminiſtrabat. itaque paſſim poſtea ſub imperatoribus proconſules appellati prætorii viri qui provincias prætorias rexiſſent, priuſquam conſulatum adepti eſſent. quod etiam ſub veteri rep. in more fuit. in Epiſtolis Ciceronis

tate fecit.[1] Res etiam in Sequanis turbatas,[2] censura & auctoritate fecit. Res etiam in Sequanis turbatas, censura & auctoritate repressit. Cenſura pro ſeveritate & exactiore diſciplina, recentioris eſt Latinitatis. ſic autem in his libris, & apud Latinos patres ſæpiſſime. Marcus in oratione ad ſenatum, opponit clementiæ: *ut cenſura veſtra ac poſita, meam pietatem clementiamque ſervetis.* τὸ ἀκριβοφιλὲς vocat *cenſuram.* Vulcatius, *Ipſius mores varii ſemper fuerunt: ſed ad cenſuram crudelitatemque propenſiores.* inde *cenſorius* pro gravi. Trebellius Pollio: *Conſulem habuimus tam ſeverum, tamque cenſorium, ut in ejus magiſtratu nemo peccaverit.* Jocus eſt M. Tullii, quem refert: at verba non Tulliana. nam aliter Macrobius.

duobus, niſi fallor, locis, titulus adſcriptus eſt, *Q. Metello proconſ.* qui tamen conſulatum nondum ceperat, ſed ex prætura in Galliam Ciſalpinam profectus erat. inde eſt quod auctores fere ſemper cum provinciarum rectores tam populi quam Cæſaris ſimul comprehendunt, proconſules tantum & legatos nominant, & per legatos, tam prætorios quam conſulares Cæſaris legatos intelligunt, per proconſules populi magiſtratus. id plus ſexcentis locis mihi obſervatum. Velleius lib. II. *Illud etiam in hoc tranſcurſu dicendum eſt, ita ſeptem annos Rhodi moratum, ut omnes qui proconſules legatique in tranſmarinas provincias profecti, viſendi ejus gratia,* &c. Proconſulum nomine rectores provinciarum populi complectitur prætorios & proconſulares; legatorum vero, Auguſti legatos conſulares & prætorios. hinc apud Spartianum in Alexandro, diviſio provinciarum in legatorias & proconſulares. ſed de his alibi plura.

CASAVBONVS.

1 *Res etiam in Sequanis turbatas.*] Strabo libro quarto, περὶ δ' Ἄρραβον οἰκοῦσιν οἱ Σηκουανοὶ, Ἀλλόφυλοι καὶ τοῖς Ῥωμαίοις οὐ πολὺ χαριζόμενοι, καὶ τοῖς Ἑδουοῖς, ὅτι ποτὲ Γερμανοὺς ἀποστέρουν πολλάκις, καὶ τὰς ἐφόδους αὐτῶν, τὰς ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν. Hæc Strabo de antiquis Sequanis: quorum poſteros eandem ſervaſſe mentem, eoſdem animos hæc maximè hiſtoria teſtatur.

2 *Cenſura & auctoritate repreſſit.*] Reg. *compreſſit. Cenſura* pro ſeveritate & exactiore diſciplina, recentioris eſt Latinitatis. ſic autem in his libris, & apud Latinos patres ſæpiſſime. Marcus in oratione ad ſenatum, opponit clementiæ: *ut cenſura veſtra ac poſita, meam pietatem clementiamque ſervetis.* τὸ ἀκριβοφιλὲς vocat *cenſuram.* Vulcatius, *Ipſius mores varii ſemper fuerunt: ſed ad cenſuram crudelitatemque propenſiores.* inde *cenſorius* pro gravi. Trebellius Pollio: *Conſulem habuimus tam ſeverum, tamque cenſorium, ut in ejus magiſtratu nemo peccaverit.* Jocus eſt M. Tullii, quem refert: at verba non Tulliana. nam aliter Macrobius.

SALMASIUS.

2 *Cenſura & auctoritate repreſſit.*] Cenſuram pro gravitate ac dignitate poſuerunt illius ætatis ſcriptores. unde *oris cenſuram*, quæ veteribus oris dignitas, dixerunt. *pondus* etiam quidam illo ſenſu uſurparunt, & *pondus mentis* dixerunt pro gravitate. Cenſura igitur eſt ἀξίωμα. Gloſſæ veteres: *Cenſura*, ἀξίωμα. alibi: ἀξίωμα, *Dignatio, dignitas, honos, munus,* & ἀξιωματικοὶ, *cenſorii.* eædem gloſſæ: *cenſuram*, πιστότητα etiam exponunt. Corippus lib. II.

Aſpexit hæc populos, vultuque modeſto
Circumfuſa videns plaudentum munera riſit,
Cenſuram ſervans, & plebi gaudia donans.

idem lib. IV.

Conſcendit princeps trabea ſuccincta ſolita,
Regalem ditans auguſta fronte coronam,
Cenſuramque pia ſervans gravitate reſedit.

ubi *cenſura* gravitas vultus cum dignitate conjuncta. poſtea etiam vulgus cepit *cenſuram* uſurpare pro honeſtate vultus & decore, proque ipſa forma & pulchritudine. unde & *cenſorium hominem* vulgo qui pulcher eſſet, vocabant, & ſic ab animo ad corpus tranſtulerunt. Gloſſæ: *Cenſura, honor.* item: *Cenſura, decus vel pulchritudo.* ſed apertius Placidus: *Cenſura*, inquit, *eſt animi non corporis. ideo melius membrorum decorem & pulchritudinem dicimus quam cenſuram: tamen quia in vulgo cenſorium hominem dicimus pulcrum, poſſunt hæc ad pulchritudinem referri.*

1 Fuit

auctoritate repressit. Compositæ res in Hispania quæ per Lusitaniam turbatæ erant.[1] Filio Commodo accersito ad limitem,[2] togam virilem dedit: quare congiarium populo divisit, & eum,[3] ante tempus consulem designavit. Siquis unquam[4] proscriptus esset à præfecto urbi, non libenter accepit. Ipse in largitionibus pecuniæ publicæ parcissimus fuit: quod laudi potius datur quàm reprehensioni: sed tamen & bonis viris pecunias dedit,[5] & oppidis labentibus auxilium tulit,[6] & tributa vel vectigalia[7] ubi necessitas cogebat remisit. 23

Absens

CASAUBONUS.

1 *Filio Commodo accersito ad limitem.*] Germanicum. Dio.

2 *Togam virilem dedit.*] Capies ex istis mentem Dionis scribentis: ὁ Μάρκος τὸν Κόμμοδον τὸν υἱὸν τῶν Ῥωμαίων, ὡς καὶ ἐς ἐφήβους ἤδη τελεῖν δυνάμενον, μετεπέμψατο. nam illa, ὡς καὶ ἐς ἐφήβους ἤδη τελεῖν δυνάμενον, ex more Romano debes interpretari, *cùm id jam ætatis esset, ut toga virilis ei posset dari.*

3 *Ante tempus.*] Venia legis annariæ impetrata. Lamprid.

4 *Proscriptus esset à præfecto Urbi.*] Accipe illa *à præfecto Urbi*, ut exempli loco posita: non enim libentiùs accepit Marcus à senatu proscriptos, aut aliis magistratibus. testis epistola quam super Cassii & complicum proscriptione ad senatum scripsit.

6 *Et tributa vel vectigalia ubi necessitas cogebat, remisit.*] Non magna principis optimi laus; si necessitate cogente, hoc est, iis à quibus exigi nihil poterat, tributa remisit. sed scripserat fortasse, *ubi necessitas non cogebat.* ut intelligamus voluntatem Marco sublevandi tenuiores, defuisse nunquam: etsi voluntas sæpe, per Reip. necessitates. sed nihil pronuntio. celebrant hanc largitatem Dio, & Eusebius in Chronico. Georgius Monachus, imò Eusebius ipse: πολλὰ δημόσια τέλη ἀνῆκαν καὶ τοὺς τῶν χρέων χάριν ἐπὶ τῶν Ῥωμαικῶν ἀγορῶν κατέφλεξαν.

SALMASIUS.

5 *Et oppidis labentibus auxilium tulit.*] Ex Dione: χρήματά τε πολλαῖς πόλεσιν ἐδώκεν, καὶ τῇ Σμύρνῃ δεινῶς ὑπὸ σεισμοῦ φθαρείσῃ καὶ αὐτὴν καὶ βαλοῦσῃ ἐκατονταετηρίδι ἀνοικοδομῆσαι παρεσκεύασεν.

6 *Et tributa vel vectigalia ubi necessitas cogebat remisit.*] Non magnæ liberalitatis argumentum hoc fuerit, nihil exigere ab illis unde scias nihil posse exigi: & parvam hanc esse laudem liberalis principis nec ego inficior, si quidem necessitatem heic capiamus illorum quibus tributa remittere sit coactus imperator. & tum locus esset eruditissimi viri conjecturæ, qui negationem addit hoc modo: *ubi necessitas non cogebat.* sed non ita est. Nam hanc necessitatem ad Marcum refero, qui etiam ubi necessitas cogeret, & res ita postularent, tributa tamen tum remiserit, cum opus esset minimè remitti. qua in re magnopere laudandus. sic princeps philosophus, qui urgentibus etiam reipublicæ necessitatibus non solum novis indictis & tributis onerandos non duxerit provinciales, sed solitis etiam debitisque pensionibus sublevaverit, & illis vectigalia remiserit.

GRUTERUS.

7 *Ubi necessitas cogebat.*] Sic & noster codex; optimeque convenit an-

Absens [1] populi Romani voluptates curari vehementer præcepit per ditissimos editores. Fuit enim populo hic sermo, quum sustulisset ad bellum gladiatores, quòd populum sublatis voluptatibus vellet cogere ad philosophiam. jusserat enim, ne mercimonia impedirentur, [2] tardiùs pantomimos exhiberi non votis diebus.

tedictis: *Ipse in largitionibus pecuniæ publicæ parcissimus fuit.* tributa quippe & vectigalia exacta bono publico: ideoque non nisi justa umquam de caussa remissa. unde Julianus in Epistolis: Βασιλεῖ μὲ πρὸς κέρδος ὁρῶντι χαλεπὸν ἂν ὑμῶν ἐφάνη τὸ αἴτημα. ᾗ γὰρ ἂν ὤηθη δεῖν τοῖς δημοσίων ὑποτελῶν βλάπτειν τῇ πρὸς τινας ἰδίᾳ χάριτι. ἐπὶ δὲ ἡμεῖς οὐχ ὅτι πολεῖται περὶ τῶν ὑπηκόων ἀθροίζειν πεποιήμεθα σκοπὸν, ἀλλ' ὅτι πλείστων ὠφελεῖν αὐτοῖς αἴτιοι γίγνεσθαι. τοῦτο καὶ ὑμῖν ἀπολύσαι τὰ ὀφλήματα: *Regi ad lucrum spectanti difficilis vestra postulatio videretur, neque umquam paucorum gratia publicis vectigalibus detrimentum afferri pateretur. Verum quia consilium est nostrum, non quam plurima è subditis colligere, sed quamplurimum eis prodesse: idcirco vobis debita condonamus.*

1 *Populi Romani voluptates curari vehementer præcepit per ditissimos editores.*] Qui nimirum damnum minus sentirent; & gloriosum arbitrarentur placere vel sic populo. neque enim heic fortè locum habere potest Senatusconsulti, cujus meminit Tacitus lib. IV. cap. 63.

2 *Tardius pantomimos exhiberi non votis diebus.*] Palat. habet *novotis diebus*. ut fortè aliud quid adhuc lateat sub illis, *non votis*.

CASAUBONUS.

1 *Pop. Rom. voluptates.*] Perperam in scriptis, *voluntates*. notum est spectacula sic vocari.

2 *Tardiùs pantomimos exhiberi, non votis diebus.*] Potest scribi, *non totis d.* quomodo hunc locum aliquando emendare memini Jacobum Lectium, sapientissimum ac felicissimi ingenii virum, sanctissima amicitia mihi conjunctissimum. Potest & reticeri quod est editum. *voti dies*, quibus eduntur ludi votivi, quas ἐπιλειτουργίας θεὰς appellat Dio in Heliogabalo: Hi ludi, ceu debiti, maxima cura edebantur, & religione etiam quàm cæteri majore.

SALMASIUS.

2 *Tardius pantomimos exhiberi non votis diebus.*] Audio Virum doctissimum emendantem, *non totis diebus*, sed non ausculto. qua nec pejorem loci emendationem afferri posse censeo. una vox enim *tardius* hanc potest sententiam implere. si enim tardius exhibiti pantomimi, sequitur, & sequi necesse est, ut non toto die sint exhibiti. Notare autem vult certos dies, quibus diebus tardius exhiberi jussi sunt pantomimi: & causam hanc addit, *ne mercimonia impedirentur*. illis igitur diebus tantum, tardius exhibebant pantomimos quibus mercimonia poterant impediri. Mercimoniorum vero dies, nundinæ. Hinc ad certam veramque hujus loci lectionem possumus pervenire. liber Palatinus pro *non votis*, habet *diserte*, *novotis*, quidam etiam *novis*. omnino legendum, *nonis diebus*. per nonos dies, Nundinas intelligit. quibus diebus ne impediretur mercimoniorum cursus, non hora solita vulgatæque, sed paulo tardius exhibebantur pantomimi. sic Virgilius in Moreto, *nonos dies* vocat mercimoniorum dies, hoc est nundinas:

— *nonis*

bus. De amatis pantomimis ab uxore fuit ſermo, ut ſuperiùs diximus: ſed hæc omnia per epiſtolas ſuas purgavit. Idem Marcus [1] ſederi in civitatibus vetuit in equis ſive vehiculis: lavacra mixta ſubmovit. Mores matronarum compoſuit diffluentes, [2] & juvenum nobilium. [3] Sacra Serapidis [4] à vulgaritate Peluſiæ ſub-

——— *noniſque diebus*

Venales olerum faſces portabat in urbem

qui verſus unice confirmant conjecturam hanc noſtram. nam & ibi quoque perperam lectum erat uſque adhuc:

——— *notiſque diebus*,

pro *nonis*: viri doctiſſimi vero veram lectionem ex libris exhibuerant. ſed quoniam huc uſque venimus, ne hoc quidem omittemus, quod nunc in mentem venit, & lucem huic loco qui de pantomimis agit, non parvam adferet, tres illa tempeſtate fuiſſe notos & celebres pantomimos, Pyladen, Morphum, & tertium quemdam, cujus nomen neſcio, qui alternis diebus ſaltabant. & primum quidem Pylades, deinde Morphus, poſt tertia die tertius ille de nomine mihi parum cognitus, poſt quem deinceps, velut in orbem Pylades. Hoc me docuit Galenus in commentario περὶ δὲ προγνώσεως, cujus verba non parcam aſcribere: παραχρυμμένε πνὸς σὺν δὲ θεάτρε καὶ φάντος ὀρχήμμον ἑωρακέναι Πυλάδω, ἠλλάγη γὰρ αὐτῆς τὸ βλέμμα, καὶ τὸ χρῶμα δὲ προσώπε. κἀγὼ θεατάμενος τοῦτο, ἐπιδαλὼν τῷ καρπῷ τῆς γυναικὸς, τὸν χεῖρα δόρυ τοῦ σφυγμοῦ ἀνάμαλον ἐξαίφνης πολυχρόνιος γιγνόμενον, ὅστις δηλοῖ τὸν ψυχὴν τεθορυδῆσθαι, &c. καὶ τὸν ὑστεραίαν ἐν εἰπὼν ἀκηλέθω τινὶ τῶν ἐμῶν, ὅπων ἐπισκεψάμενος ἔλθω πρὸς τὸν γυναῖκα, μετ' ὀλίγον ἀφικόμενος ἀνάγγειλόν μοι, Μόρφον ὀρχεῖσθαι σήμερον, εἶθ' ὡς ἤγειλεν ἄτρεπτον εὗρον τοῦ σφυγμοῦ. ὁμοίως ὁ καὶ καὶ τὸν ἑξῆς ἡμέραν ποιήσας ἀγελθῶν πρὸς δὲ τρίτε τῶν ὀρχηστῶν, ὁμοίως μείναντος ἀτρέπτε δὲ σφυγμοῦ, καὶ τὸν τρίτον ἀκείωσα ἡμέραν πάνυ παραφυλάξας, ἡνίκα Πυλάδης ὀρχήμενος ἠγέλθη, παραχθέντα πολυχρόνιος αὐτὸν ὁρῶν, δόρυ ἄτως ἐρῶσιν δὲ Πυλάδε τὴν γυναῖκα. καὶ τοῦτο παραφυλαχθὲν ἀκριβῶς σὺν τῆς ἐφεξῆς ἡμέρας δόρυθη βεβαίως. qui locus ad hanc rem inſignis. ubi Pyladen tantum & Morphum, tertium vero illum non nominat. ſed de toto hoc genere pluribus alias Deo volente diſputabimus.

CASAVBONVS.

1 *Sederi in equis.*] Expoſuimus ad Hadrianum. ibidem & de lavacris mixtis.

2 *Et juvenum nobilium ſacra ſ.*] Volebam diſtinctum: *Mores matronarum compoſuit diffluentes, & juvenum nobilium. Sacra S.* vel pueri hoc videant: ſed & liber regius non aliter.

SALMASIUS.

3 *Sacra Serapidis à vulgaritate Peluſiæ ſubmovit.*] Omnes libri, *Peluſiæ* retinent: etiam princeps editio, *Peloſiæ*. ſic eſſet Peluſia pro Peluſium. quod non eſt prorſus aſpernandum. licenter enim agebant in enumerandis urbium nominibus illi veteres & in genere, & in numero, ut τὰ Λούγδωνα pro Lugdunum: Tyana, Tyanæ, pro τὰ Τύανα: & Megara, Megaræ, pro τὰ Μέγαρα, & ſimilia. ſic Πήλιον urbs Theſſaliæ, & Πηλία. ſi quis malit, *à vulgaritate Peluſia*, legere cum eruditiſſimo viro, non me rapiat reluctantem, ſed ducat volentem.

3 *Sacra*

ſubmovit. Fama fuit ſanè quod ſub philoſophorum ſpecie

CASAVBONVS.

3 *Sacra Serapidis à vulgaritate Peluſiæ ſubmovit.*] Lege, *Peluſia.* urbem enim hanc Ægypti nemo unquam dixit Peluſiam: omnes Peluſium. deductum ab hac gentile, varie formarunt. Stephanus: τὸ ἐθνικὸν Πηλουσιώτης. ὡς Ζεφυριώτης· ἀλλ' καὶ Πηλοῦσιος καὶ Πηλουσιακός. Peluſiam ſive Peluſiacam vulgaritatem appellat cives Peluſiotas, & omnem illam turbam, quæ Serapeæ hujus feſtivitatis cauſſa, eò ſolebat ex cætera Ægypto convenire. Concurrebatur in eam urbem & mercimonii gratia. auctor mihi Hieronymus: qui *Peluſiacam lentem* apud poëtam interpretatur contra veterum criticorum ſententiam; *non quod ibi genus hoc leguminis gignatur vel maximè: ſed quod è Thebaide & omni Ægypto per rivum Nili illuc plurimùm deferatur.* Videntur ludi Peluſii quorum meminit Tertullianus libro De baptiſmo, magna hominum frequentia celebrati. Cùm igitur Peluſiotæ obtentu ſacrorum Serapidis, & religionis ludorum, multa flagitia & ſcelera ſoliti eſſent exercere, ut eorum petulantiam coërceret Marcus, ſacra iſta illis ademit. nam alioquin mirum, ſacra Ægyptiaca, quæ etiam Romam eſſent recepta, urbi Ægyptiacæ fuiſſe ademta. Sed populi hujus perverſam mentem & pravos mores etiam proverbio notarunt veteres: nam apud Hieronymum ſæpiùs, *Peluſiota* ſtulti hominis & Marrucini convitium eſt. alluſione facta non minùs ad mores incolarum ejus urbis, quàm ad nominis veriverbium. neque enim Ægyptiaca vox eſt, ſed Græca: eſtque auctore Strabone Πηλοῦσιον ὀνομασθὲν τὸ πηλοῦ ita dictum, ut ſi Luteiam à luto dicas. Digni ſane fuerunt Peluſiotæ qui riſum omnibus tollerent, cum ſuo illo deo mirifico, crepitu ventris inflati: quæ, ut ſcribit Hieronymus, Peluſiaca religio eſt.

GRUTERUS.

4 *A vulgaritate Peluſiæ.*] Sic etiam noſter Pal. alias maluiſſem *Peluſiæ*, aut *Peluſia*, aut aliud quid. potro iſthæc ita capio, non ut omnino abſtulerit Peluſiotis omnibus ſacra Serapidis, ſed ab eis excluſerit vulgus promiſcuum, cura eorum demanſita ſacerdotibus tantum ac vitiſimmariis.

CASAVBONVS.

1 *Quòd ſub philoſophorum ſpecie quidam remp. vexarent & privatos.*] Quæ verbum *vexare* variam interpretationem admittit, poteſt hujus loci ſententia multimodis explicari. Cùm tanti faceret Marcus philoſophiam, nemo prudens dubitaverit fuiſſe multos, qui philoſophiæ ſtudium ſimularent, potius quàm ſciri præſtarent: ut imperatoris benevolentiam ſibi conciliarent. Hi gratia qua pollebant apud principem ad quæſtum ſuum abutebantur, cùm multorum querellis. Sunt iſti fortaſſe, quos dicit Capitolinus, remp. vexaſſe & privatos. Sed & illi remp. vexant, qui pravis religionibus vulgi animos inficiunt: ſæpe ut ad rerum novarum molitionem impellant. De hoc genere hominum editam fuiſſe conſtitutionem à Marco, teſtis Modeſtinus libro primo De pœnis: *Si quis aliquid fecerit*, inquit, *quo levet hominum animi ſuperſtitione numinis terreatur, divus Marcus hujuſmodi homines in inſulam relegari reſcripſit.* Ulpianus libro VII. De officio proconſulis: *Divus Marcus cum qui de motu Caſſiano vaticinatus erat, & multa quaſi inſtinctu deorum dixerat, in inſulam Scyrum relegavit.* Etiam illi vexant remp. qui cùm in illam nihil conferant, ex ærario alimenta percipiunt; & alia commoda debita iis, qui propter induſtriam ſuam & operam publico navarant, digni ſunt præmio, καὶ τὰ ἐν πολιτείᾳ ἀτιμήσεως. multos autem Marco ita impo-

specie quidam remp. vexarent & privatos : quod ille purgavit. Erat mos iste Antonino ut [1]omnia crimi- 24
na

imposuisse sub specie philosophorum, en Dionem auctorem. παυτοληθεῖς, ait, φιλοσοφεῖν ἐπολάπτον-τες, ἵν' ἐπ' αὐτῷ πολιτεύωνται. Si quis referre malit ad immunitates philosophis concessas, & excusationes à tutelis, qua de re multa apud juris auctores, per nos licet. Erat enim & reip. & privatis onerosum, reperiri tam multos, qui beneficiis quæ fuerant veris philosophis concessa, uterentur. Sed longum fuerit omnes interpretationes persequi, quæ huic loco possint aptari. Vir magnus qui ad Christianos refert, ab auctoris mente, nisi fallimur, aberrat longè.

SALMASIUS.

1 *Sub philosophorum specie quidam remp. vexarent & privatos.*] Evenit sub Marco quod sub aliis solet evenire principibus, ut omnes qui vident principem ad alicujus rei studium animi quadam inclinatione ferri, statim ejusdem rei studio ut cum maxime teneri se fingant, ad gratiam scilicet & favorem promerendum. Cum igitur plurimus esset in philosophiæ studiis Marcus, multos illa tempestate extitisse non est dubium, qui tota animi contentione philosophiam sectarentur, & philosophandi libidine ducerentur, ut liberalitatem optimi principis provocarent, quem hujusmodi hominibus favere animadvertebant. Et sic erant reip. oneri, cum eos imperator promoveret, ditaret, stipendiis salariisque sublevaret. & isti erant qui rempublicam vexabant, & sub philosophiæ obtentu multa sibi licere putabant, & impune quidvis moliebantur. Privatos autem vexari ab hoc genere hominum habitum philosophi præ se ferentium, idcirco puto dixit, quod innumera tunc copia emersérat hominum qui philosophos ementiebantur, & Cynicos profitebantur: mera potius mendicabula, qui magna libertate & audacia in domos privatorum se inferebant, vere ἐυρεπαυοιν, quibus nihil clausum tectumque poterat esse, quique libere quod opus esset, petebant; liberius, non dantes conviciis & maledictis impetebant, & ita privatos vexabant æruscatores ejusmodi & nulli rei bonæ homines, quique nihil philosophorum haberent præter barbam & pallium. quorum sub imperio Marci uberrimum fuisse proventum docent nos illorum temporum scriptores, qui passim in libris suis conqueruntur de hoc hominum genere temere nomen illud sanctissimum usurpantium. Atque hæc sola est, quæ huic loco possit aptari interpretatio : reliquæ omnes & longius sunt arcessitæ, & ad hujus loci sententiam parum accommodatæ videntur.

GRVTERVS.

1 *Omnia crimina minore supplicio quàm legibus plecti solent, puniret.*] Quod & ipsum aliis quoque Principibus sollemne, uti pulcrè ostendit Freherus noster in *Sulpitio suo*.

SALMASIUS.

1 *Ut omnia crimina minore supplicio quam legibus plecti solent, puniret.*] Moderationem hanc & ἐπιεικειαν Marci in criminibus puniendis Philostratus in vita Herodis tangit: τὸ δὲ, inquit, Ἀθηναίων ἀπολογίας ἐχθέσης· καὶ τὴν θεῖαν τε Ἡρώδης καὶ τὴν ἀπελευθέρων τῶν ὀργὴν ὁ Μάρκος, ἐς τὸν ἀπελεύθερον ἔτρεψε, κολάσει χρησάμενος οἷς οἷόν τε ἐπιεικεῖ. ὅτι γὰρ αὐτὸς χαρακτηρίζει τῶν ἑαυτοῦ κρίσιν. κολάσιν ἐπιεικῆ vocat Philostratus minus supplicium quam quo leges punire solent. postrema verba male verterunt inter-

na minore supplicio quàm legibus plecti solent, puniret: quamvis nonnunquam contra manifestos & gravium criminum reos inexorabilis permaneret. Capitales causas [1] hominum honestorum ipse cognovit, & quidem summa æquitate, ita ut [2] prætorem reprehenderet [3] qui citò reorum causas audierat: juberetque illum iterum cognoscere, [4] dignitatis eorum interesse dicens ut ab eo audirentur qui pro populo judicaret. [5] Æquitatem autem etiam circa captos hostes custodivit. Infinitos ex gentibus in Romano solo collocavit. [6] Fulmen de cœlo precibus suis contra

interpretes, quæ significant: *sic enim ipse Marcus judicium illud suum appellat.* respicit enim ad verba Epistolæ Marci ad Herodem quæ sequitur post paulo apud ipsum Philostratum, ubi dicit supplicio affecisse delinquentes, ὡς οἷόν τε ἐπιεικεῖ. verba Epistolæ: σὲ δὲ ὑσιαίνειν οὐχομαι ὃ τοῦ ἐμοῦ ὡς οὐδ σοῖ ἀμφοῖν δοκεῖν, μηδὲ ἡγεῖσθαι ἀδικεῖσθαι, εἰ κολαφωρίσαι τινὰς τολμεμελῶς κολάσει ἐπ' αὐτοῖς ἐχρησάμην ὡς οἷόν τε ἐπιεικεῖ. *punitione quam fieri potuit moderata.*

CASAUBONUS.

1 *Hominum honestorum.*] Scrib. *honestiorum.* τῶν σωφρονεστέρων, non enim poterat omnium honestorum. in Commodo, *adhibitos custodes vitæ suæ honestiores ferre non potuit.* multa Xiphilinus de hac Marci æquitate, patientia, & diligentia in cognitionibus. nec penitus tacet ipse in libris suis.

3 *Qui citò reorum caussas audierat.*] Qui judicia de reis brevi auditione peregerat: quod inter mali principis notas ponunt veteres.

4 *Dignitatis eorum interesse dicens.*] Lego, *reorum.* Solebant prætores non per se, sed per decemviros, aut quæsitores, aliosve quibus jurisdictionem mandassent, de reorum etiam honestiorum caussis cognoscere: hoc non fert Marcus, & ait vere interesse dignitatis reorum, ut ab eo audirentur, qui pro populo judicaret.

5 *Æquitatem etiam circa captos hostes custodivit.*] Exemplum est hujus æquitatis, quod narrat Dio. Captivus adolescentulus Barbarus, à Marco de re aliqua interrogatus, negavit se responsurum priùs quàm jussisset ille dari sibi vestem defendendo frigori, quo urebatur. indulsit Marcus, nihil commotus hac captivi hominis libertate.

6 *Fulmen de cœlo precibus suis c.*] Imò verò militum Christianorum, qui illi tunc militabant, precibus. Nota historia de qua erit locus alibi, si Deus voluerit, plura dicendi.

GRUTERUS.

2 *Prætorem reprehenderet qui citò reorum caussas audierat.*] Rectè. nam jurat P. Syrum: *In judicando, criminosa est celeritas.* Quinimò ut idem vult Mimographus: *Properare in judicando, est crimen quærere.* certè, *Prope est libenter ut damnet qui damnat cito*, ut loquitur Seneca lib. 1. de Clementia. cap. 14.

4 *Dignitatis eorum interesse dicens.*] Sic Palat. & subintelligitur *reorum*, quod præcessit.

SALMASIUS.

4 *Dignitatis eorum interesse dicens.*] *Eorum*, reorum scilicet. nec enim alio potest referri, cum de reis tantum loquatur. non opus est igitur *reorum* reponi.

5 *Æquitatem etiam circa captos hostes custo-*

custodivit.] *Æquitatem autem etiam circa captos hostes custodivit.* ita Palatinus.

6 *Fulmen de cœlo precibus suis contra hostium machinamentum extorsit.*] In epistola Marci, quæ Græce est edita apud Justinum ad finem ejus Apologetici, ita hæc res narratur: ἅμα δὲ τῷ τοῦτος ῥίψαι ἐπὶ τὴν γῆν ἑαυτοὺς καὶ δύχεσθαι θεῶν ἱκετεύειν, αὐθέως ὕδωρ κατεῤῥύη ἀφ᾽ οὐρανόθεν, ἐπὶ μὲν ἡμᾶς ψυχρότατον, ἐπὶ δὲ τοὺς Ῥωμαίων ἐπιβούλους χάλαζα πυρώδης. ubi per illa verba, τοὺς Ῥωμαίων ἐπιβούλους, idem videtur intelligere quod heic Spartianus de hostium machinamento. quod tamen, ut verum fatear, quid sit nescio. simpliciter enim alii auctores scribunt, adversus Germanos & Sarmatas fulmen elicitum precibus imperatoris Marci, nihilque de istiusmodi machinamento produnt. an machinam bellicam aliquam hostium intelligit, in quam fulmen descenderit, quo conflagravit? sed Græculus ille auctor epistolæ illius subdititiæ, ἐπιβούλους Ῥωμαίων dum vocat, ad hoc fortasse machinamentum respexerit. quod tamen affirmare nolim. Et recte quidem vir summus judicavit non esse germanam illius Marci epistolam, sed ab aliquo non Græco sed semibarbaro homine confictam. quædam autem vir ille doctissimus sibi recte visus est in illius epistolæ parte emendasse, quæ melius mea sententia inemendata permanerent: & ibi maxime, ubi δρύσκων pro δρακόντων reponit. De suis enim copiis loquitur Marcus, quas cum infinita barbarorum multitudine comparans, minores multo & inferiores inveniebat. Narrat igitur illo loco Marcus quales copias tunc habuerit, cum à barbaris est deprehensus: καταλαμβανομένους, inquit, μὲν ὑπὸ δρακόντων ἑβδομήκοντα πεντάρων. Dracones decem erant in unaquaque legione: sic Dracones septuaginta, septem legiones efficiunt. non aliam esse mentem illorum verborum, καταλαμβανομένους μὲν ὑπὸ δρακόντων ἑβδομήκοντα πεντάρων, indicant sequentia, ubi legiones nominat cum quibus deprehensus sit. καταλαμβανόμενοι δὲ ἡμεῖς σὺν μεγάλῃ πολήθει ἀμίκτων καὶ στρατευμάτων λεγεῶνες πεῖμας, δεκάτης, γεμίνας, φρεντησίας, &c. φρεντησία autem legendum est non φρειτλωσία. sic enim Græci solent hæc nomina enunciare: *fretense*, φρεντήσιον: ut *castrense*, καστρήσιον: *Romanense*, ῥωμανήσιον: *miliarense*, μιλιαρήσιον. Barbarorum vero multitudinem recensens fuisse dicit παμμίκτου ὄχλου χιλιάδας συναγωγίας ἑβδομήκοντα ἑπτά. ex quibus vel cæco appareat, drungos illos septuaginta duo longe minores esse quam ut illam innumeram copiam efficere possint. Comparat igitur quisquis ille est ejus Epistolæ author, copiarum Marci numerum, cum exercitu barbarorum, ut ex comparatione proderetur quanto inferiores Romani barbaris: ἐξετάσας, inquit, ἐμαυτὸν καὶ τὸ πλῆθος τὸ ἐμὸν πρὸς τὸ μέγεθος τῶν βαρβάρων καὶ πολεμίων κατέδραμον εἰς τὸ θεοῖς εὔχεσθαι πατρῴοις. De legione vero Melitena cujus nomen penitus intercidisse vult vir ille incomparabilis, neque unde nomen acceperit sciri, longe aliter est. nam Melitena non aliunde habuit nomen, quam à Melitenè Græce. at, inquit, ἀπὸ τῆς Μελιτήνης est Μελιτηναῖος, non Μελιτηνός. in quo fallitur. primum urbs ipsa non Μελιτήνη, sed Μελιτηνή. à qua ἐθνικὸν Μελιτηνός. quod etiam docet ἐθνικογράφος: Μελιτηνή, inquit, πόλις Καππαδοκίας. Στράβων ἑνδεκάτῃ· τὸ δ᾽ Ἄμανον ὄρος μέχρι τοῦ Εὐφράτου καὶ τῆς Μελιτηνῆς τείνει, καθ᾽ ὃ ἡ Κομμαγηνὴ Καππαδοκίᾳ προσήκει. οἱ πολῖται Μελιτηνοὶ ὡς Κομμαγηνοί. vides Μελιτηνὸν ἐθνικὸν ἀπὸ τῆς Μελιτηνῆς, ut à *Commagena* Commagenum? inde Melitena legio. Xiphilinus dicit illam legionem fuisse πᾶσαν τῆς ἀπὸ Μελιτηνῆς στρατιωτῶν. ex militibus Melitenis compositam illam

contra hostium machinamentum extorsit, suis pluvia impetrata quum siti laborarent. Voluit Marco-

man-

illam legionem significans, cui postea nomen Fulminatricis ex re inditum est. sed minime dubito quin legendum sit apud Xiphilinum: τάγμα τὸ ἐπὶ Μελιτίνης στρατιωτῶν. & male doctus interpres qui *ex militib. Melitenis* vertit. Euseb. lib v. hist. Eccles. τὸν δ' ἐπὶ τῆ Μελιτίνης οὕτω καλουμένης λεγεῶνα στρατιώτης. ab illo igitur habet Xiphilinus. melius legeretur Μελιτίνης apud Eusebium. nam ita urbs illa Cappadociæ dicta, & inde legio Cappadociæ imposita, & Melitenæ collocata. legendum etiam in illa pseudepigrapha epistola, καταλαμβανόμεθα μὲν ἐπὶ δρακόντων ἐνδυμάτων πεσόντες. ubi ὑπὸ male scriptum, quod in errorem induxit doctissimum virum. in eadem epistola scribendum paulo post, καταλαβανόμεθα γὰρ ἤδη σὺν μεγίστῃ πλήθει ἀμίκτων στρατευμάτων μετὰ λεγεῶνα πρίμας, δεκάτης, γεμίνας, φρεντησίας. quattuor tantum heic legiones nominat quæ numerum illum Draconum non efficiunt, quem in exercitu Marci fuisse notabat epistolæ commentitius auctor. nam in quatuor legionibus quadraginta tantum dracones erant sed apparet aliarum legionum nomina intercidisse. nam Xiphilinus tradit Marcum in illa sua epistola dicere secum habuisse legionem Melitenam, cujus heic nulla mentio. sed hæc non sunt ad obrusam exigenda, quæ ab homine barbaro & inepto conficta esse apparet longe post Marci tempora. Nam dracones inter signa militaria apud Romanos sub Marco nondum erant. Draconibus porro non solum Parthi & Indi, sed etiam Scythæ usi sunt. Suidas: Σημεῖα Σκυθικὰ ἃ φέρουσιν ἐν τῷ πολέμῳ, ὑφάσματα εἰσὶ βαφῇ πεποικιλμένα ἃ εἰς ἰδέαν μάλιστα ὀφέων εἴκασται. καὶ ἀπηώρηται κάτω συμμείτρων. Draconem unum mille homines sequebantur. Lucianus: σημεῖον δὲ πολεμικὸν τῶν Σκυθῶν. χαλκοῦν γὰρ οἶμαι δράκοντα ἄγει. Scythicæ autem omnes illæ gentes adversus quas in procinctu tunc fuit Marcus, itaque posset aliquis suspicari septuaginta illos dracones de barbarorum exercitu non de Romanorum accipiendos: & per septuaginta quattuor dracones, septuaginta quattuor hominum millia significari. sed longe ampliorem fuisse barbarorum numerum ex eadem fictitia epistola discimus, quæ nongenta septuaginta septem millia ex diversarum gentium colluvie concreta & in unam coacta fuisse scribit. nullum inque dubium est quin dracones illos ad exercitum Romanorum pertinere voluerit auctor ille semigraeculus. At Drungi quos pro Draconibus reponendos censuit vir eruditissimus suis ad Eusebium animadversionibus, nihil ad rem.

1 *Contra machinamentum hostium.* Nunc intelligo quale illud fuerit hostium machinamentum. Barbari ex composito pugnam detrectabant, quod absque prælio Romanos in potestatem venturos sperarent, æstuque confectos & undique conclusos, locis opportunis omnibus ab occupatis ne aquari possent. Epitome Dionis: καὶ οἱ βάρβαροι τῶν μὲν πολλῶν ἐπεχόντων τὰς ὁδοὺς ἀποφράξαντες ὅλως ὑπό τε τοῦ καύματος καὶ τῶν τοῦ ὕδατος αἱρήσειν. πάντα δὲ τὰ πεδία ἀλλαχόθεν ἀπεφράξαν ὅπως μηδαμόθεν ὕδωρ λάβωσι· πολὺ γὰρ τὸ πλῆθος ἔπασχον. idem intellexit auctor fictitiæ epistolæ, cum barbaros ἐπιβούλους Ῥωμαίων vocat: ἐπὶ μὲν ἡμᾶς ψυχρόποτον ὕδωρ, ἐπὶ δὲ τοὺς Ῥωμαίων ἐπιβούλους χάλαζα πυρώδης.

1 Qua

manniam provinciam, voluit etiam Sarmatiam facere: & fecisset nisi Avidius Cassius rebellasset sub eodem in oriente, [1] qui imperatorem se appellavit (ut quidam dicunt) Faustina volente, quæ de mariti valetudine desperaret. Alii dicunt, ementita morte Antonini, Cassium imperatorem se appellasse quum divum Marcum appellasset. [2] Et Antoninus quidem [3] non est satis motus defectione Cassii, [4] nec in ejus affectus sæviit,

SALMASIUS.

1 *Qui imperatorem se appellavit, ut quidam dicunt Faustina volente.*] Eadem pæne verba apud Volcatium: *Hic imperatorem se in Oriente appellavit, ut quidam dicunt Faustina volente, quæ valetudine Marci jam diffidebat.*

3 *Non est satis motus defectione Cassii.*] *Satis* pro valde. *non est satis motus defectione Cassii*: hoc est, non valde motus est defectione Cassii. sic supra: *satis nobilis*, pro valde nobilis: *grandævo Romani equitis filio Claudio Pompejano dedit genere Antiochensi, nec satis nobili.* hoc est, nec admodum nobili. quod passim occurrit apud istos auctores. quo nihil frequentius apud Cyprianum epist. xx. *accepimus literas tuas frater, satis sobrias & integritatis & fidei plenas.* sic & alibi: *satis & plurimum gaudeo, quando à vobis per tales talia perferuntur.*

4 *Nec in ejus affectus sæviit.*] Mirus librorum consensus in retinenda lectione quam jampridem explosere viri docti: *nec ejus affectus sævi.* quæ mihi videtur inde manavisse, quod prius erat scriptum: *nec affectus ejus sæviit. Sævire aliquem* pro sævire in aliquem, loquendi forma illo sæculo usitata. incertus auctor in Magni Alexandri vita, qui sub Constantio vixit, de Bucephala: *Interea viri qui Philippi equitia curabant, equum spectabilis formæ regi deducunt, ajuntque illum armenti quidem regalis fuisse genus, formatum pedibus ad Pegasi fabulam, etsi qui fuisse Laomedonti ejusmodi prædicantur: addiditque, mium, inquit, est ei belluite vitium, namque homines edit, & ejusmodi pabulum sævit.* pro sævit in ejusmodi pabulum. sic Tertullianus, *carnem desæviri* dixit. de Martyrio: *& caro de nuptiis tollitur, & caro in confessione desævitur.* & lib. III. adversus Marcionem: *quia in indignatione sua interfecerunt homines id est prophetas, & in concupiscentia sua ceciderunt nervos tauro, id est Christo, quem post necem prophetarum, suffigendo nervos ejus clavis, desævierunt quem desævierunt*, pro in quem desævierunt. quod non intelligentes homines non satis eruditi infulserant verbum *interfecerunt*, post vocem prophetarum. quod nos expunximus auctore veteri libro, cujus ope infinitas mendas ex optimo auctore sustulimus. ita sævire affectus hoc loco pro sævire in affectus.

CASAUBONUS.

2 *Et Antoninus quidem non est satis motus defectione Cassii, nec in ejus affectus sæviit.*] Et hoc verbis ferè iisdem apud Volcatium: *Nec tamen Antoninus graviter est iratus, rebellione cognita, nec in ejus liberos aut affectus sæviit.* sunt, opinor, verba Marii Maximi. Alibi scribit idem Volcatius, *Faustinam ad vindictæ necessitatem Antoninum impulisse quiescentem.* Scribit tamen Dio Marcum ad hujus rei nuntium σφόδρα ἐκπλαγλῶς. sed ita est: qui omnia magni principis munia obiret ἀτεραχῶς & composito tranquilloque animo, videbatur multis non moveri satis.

4 *Nec in ejus affectus sæviit.*] Uxorem Cassii intelligit, & liberos ac

viit, sed per senatum hostis est judicatus, [1] bonaque ejus

generum: de quibus vide in ipsius vita. Non cepere hoc verbum qui scripserunt in membranis, *nec ejus affectus sævi*: atqui affectus sæpe apud hos scriptores, sunt charitates, & ipsæ personæ quæ affectu præcipuo amantur. Vulcatius in Cassio, *quòd tam mitis esset in hostem suum, ejusque liberos & affectus*. Capitolin. in Albino, *Quod interim à te publicari nolo, ne aut ad ipsum Papirium, aut ad ejus affectus perveniat*. in Maximino, *timentes milites, quorum affectus in monte Albano erant*. in Gordiano, *affectus suos unice dilexit*. sic & alii scriptores sæpe, ut etiam ad Suetonium olim observabamus. Notissimum loquendi genus vel pueris: in quo tamen & viri interdum offendant magni nominis: ut illi philosophi quos reprehendit Plutarchus, quia non intelligebant φύσιν & ῥόεσιν apud Empedoclem esse τὸ πεφυκὸς αὐτὸ καὶ τὸ γεγονός. Ita accipe multa apud Tertullianum prima fronte obscura: cujusmodi est hic locus Apologetici cap. XXVII. *Itaque cum vice rebellantium ergastulorum, sive carcerum vel metallorum, vel hoc genus pœnalis servitutis, erumpunt adversus nos in quorum potestate sunt, (certi & impares se esse, & hoc magis perditos) ingratis resistimus ut æquales*. comparat malos spiritus, qui pios semper, quibus sunt subjecti, lædere conantur, cum servis rebellibus, qui olim apud Scythas & Romanos bella servilia concitarunt. qui aliter exponunt dictionem *vice*, errant. *ergastula* pro ergastulariis servis, vulgatissimum. sic & *carceres* dixit pro vinctis in carcere. Lucilius, *carcer vix carcere dignus*. & *metalla* pro damnatis in metalla. iterum capite XLIV. *de vestris semper æstuat carcer, de vestris semper metalla suspirant*. ubi ἐμφαλικώτερον *æstuare carcerem* dicit, ad designandam multitudinem sceleratorum, qui cottidie in carcerem conjiciebantur. & *metalla* etiam hic sunt οἱ ἐργαζόμενοι τὰ μέταλλα. ut apud Marcellinum, *ab omni toga rogabatur*. id est, omnibus togatis qui ad officium aderant. Pro *perdito* non displiceat in priore Tertulliani loco *perditi*. καὶ πολὺ τὸν μᾶλλον ἀπονενοημένοι. crescit enim furor ex desperatione. vulgatæ scripturæ minùs acuta sententia: etsi fieri potest: *& hoc magis perditos*, id est, & hoc amplius certi se esse perditos.

1 *Bonaque ejus proscripta per ærarium publicum*.] Non laboramus de mente, quæ hæc est: proscripti Cassii bona non in fiscum Cæsaris fuisse illata, sed in ærarium publicum. pluribus verbis hoc narrat Vulcatius. Simile in Hadriano: *Damnatorum bona in fiscum privatum redigi vetuit: omni summa in ærario publico recepta*. in verbis laboramus. nam quæ hæc locutio est? *bona proscribi in ærarium* utcumque ferunt: ut sit positum unum verbum pro duobus: quomodo loqui amant interdum scriptores. *proscribi per ærarium*, nescio quid sit. Puto omissione hic peccatum. nam quia sequens periodus incipit à voce *relicto*, videtur in hujus fine omissum verbum *redacta*, ob affinitatem illarum duarum vocum. Scribo igitur, *bona ejus proscripta, inque ærarium publicum redacta. Relicta*, aut voce *per* servata: *b. e. pr. per senatum: inque æ. p. r.*

GRUTERUS.

1 *Bonaque ejus proscripta per ærarium publicum*.] Nihil recedit ab hac scriptura Palatin. & videtur phrasis eorum temporum; quâ voluerint ærarii quæstores ea bona sibi applicasse.

SALMASIUS.

1 *Bonaque ejus proscripta per ærarium publicum*.] Mira loquutio, *per ærarium bona proscribi*, quæ proscribuntur, & in ærarium rediguntur. nihil tamen mutatum velim: ut enim diceretur fiscum proscripsisse alicujus bona, sic per fiscum proscripta recte dicuntur, cum

ejus proſcripta per ærarium publicum. Relicto ergo 25
Sarmatico Marcomannicoque bello, contra Caſſium profectus eſt. [1] Romæ turbæ etiam fuerunt, quaſi Caſſius abſente Antonino adventaret: ſed Caſſius ſtatim interfectus eſt: caput ejus allatum eſt ad Antoninum. Marcus tamen non exultavit interfectione Caſſii, caputque ejus humari juſſit. [2] Mæcianum etiam filium Caſſii, cui Alexandria erat commiſſa, exercitus occidit: [3] nam & præfectum præt. ſibi fecerat. qui & ipſe occiſus eſt. In conſcios defectionis vetuit ſenatum graviter vindicare: ſimul petiit ne quis ſenator tempore principatus ſui occideretur, [4] ne ejus pollueretur imperium: eos etiam qui deportati fuerant revocari juſſit, quum pauciſſimi centuriones capite eſſent puniti. Ignovit & civitatibus quæ Caſſio conſenſerant: ignovit Antiochenſibus qui multa in Marcum pro Caſſio dixerant. quibus & ſpectacula & conventus publicos tulerat, & omnium concionum genus, contra quos edictum graviſſimum miſit. Seditioſos autem eos & oratio Marci indicat indita à Mario Maximo, qua ille uſus eſt apud amicos. Denique noluit Antio-

cum nempe fiſcus vel ejus procurator proſcriptionem bonorum ſibi vindicat. ita *fiſcum* aliquando pro fiſci advocato memini legere. Gloſſ. *fiſcus*, φισκοσυνήγορος. item aliæ Gloſſæ: φίσκος ὁ συνήγορος, *fiſci advocatus*. ſed & ibi φισκοσυνήγορος legendum. At heic non per fiſcum illa proſcripta Caſſii bona fuiſſe docet Capitol. quæ in fiſcum principis relata non ſint, ſed per ærarium publicum: quaſi dicat non principem illa bona proſcribi curaviſſe, nec ejus fiſcum, ſed populum vel ejus ærarium.

CASAUBONUS.

1 *Romæ turbæ etiam fuerunt.*] In vita Caſſii: Nec Romæ terror defuit, *cùm quidam Avidium Caſſium dicerent abſente Antonino, eſſe venturum.*

3 *Nam & præfectum præt. ſibi fecerat.*] Non Metianus, ne erres: ſed Caſſius. vide in ejus vita.

4 *Ne ejus pollueretur imperium.*] Ἀ'κύρως *ejus*, pro ſuum, vel ipſius. paullò pòſt, *ignovit Antiochenſibus qui multa in Marcum pro Caſſio dixerant.* pro, in ſe.

SALMASIUS.

2 *Metianum etiam filium Caſſii.*] *Mæcianum*, in melioribus libris. & ita legendum. Græci ſemper, Μαυκιανὸν & Μαύκιον, qui Latinis Mæcius & Mæcianus.

GRUTERUS.

2 *Mæcianum etiam filium.*] Sic Palat. non ut vulgati *Metianum.*

Antiochiam videre quum Syriam peteret: [1] nam neq
26 Cyprum voluit videre, ex qua erat Cassius. [2] Fuit Alexandriæ, clementer cum iis agens. [3] postea tamen Antiochiam vidit. Multa egit cum regibus, & pacem confirmavit sibi occurrentibus cunctis regibus & [4] legatis Persarum: omnibus orientalibus provinciis charissimus fuit: [5] apud multas etiam philosophiæ vestigia reliquit. [6] Apud Ægyptios civem se egit [7] & philosophum [8] in omnibus stadiis, templis, locis. Et quum

CASAUBONUS.

1 *Nam nec Cyprum voluit videre ex qua erat Cassius.*] Scribe *Cyrrhum*. Dio, ὁ δὴ Κάσσιος Σύρος ἐκ τοῦ Κύρρου ἦν. legendum Κύρρου. nam Cyrus, sive potiùs Κύρρου πόλις, Cyropolis, in finibus fuit Persidis. Cassius verò non Cyropolitanus fuit, sed Cyrrhestes, vel Cyrrhestanus ex urbe Syriaca Cyrrho. ita scribi debere id nomen auctor est Stephanus Περὶ πόλεων: & ita apud Ptolemæum, & in Antonini itinerario.

2 *Fuit Alexandriæ, clementer cum iis agens.*] *Cum iis*, πρὸς τὸ σημαινόμενον, sed fortasse verius, *cum cunctis*. ad verbum Dio, ὁ Μάρκος ἐπιὼν τὰ ἔθνη τὰ τοῦ Κασσίου συνεξανεστήκεσαν, πανφιλανθρώπως πᾶσιν ἐχρήσατο.

3 *Postea tamen etiam Antiochiam vidit.*] Ponenda hæc erant ante verba præcedentia: *Fuit Alexandriæ, &c.* vel scribendum, *postea sanè, & An.*

4 *Legatis Persarum.*] Parthos intellige. vide Lamprid. in Alexandro.

5 *Apud multas etiam philosophiæ vestigia reliquit.*] Robertus Bonon. *apud milites*. non probo. *Philosophiæ vestigium* interpretor, memoriam gravissimorum sermonum, quos & privatim & publice habuit, quocunque venisset: cum ad virtutum amorem, & sapientiæ studium omnes hortaretur, & exemplo suo stimularet. Ideo Marcum vocabat Cassius dialogistam, ut scribit Gallicanus. in libris quos fecit ipse de se, reperies sæpius adnotatum locum ubi quæque illorum sit meditatus. ut libro primo, Τὰ εἰς Κλάδιος πρὸς τοῦ Γραμμα. & in fine secundi, Τὰ εἰς Καρνεῖτα.

6 *Apud Ægyptios civem se egit.*] Vel *civilem*, quod Petrus Faber malebat: potest defendi utrumque.

7 *Et philosophum in omnibus studiis, templis, locis.*] *Studia* appellat loca in quibus eruditi conveniebant communicaturi de studiis. μουσεῖα Græci. Spartianus de Hadriano: *Apud Alexandriam in musio multas quæstiones professoribus proposuit; & propositas ipse dissolvit.*

SALMASIUS.

1 *Nam nec Cyprum voluit videre.*] *Cyprum* pro *Cyrrum*. ut infra apud Vopiscum, *Arpianum* pro *Arrianum*, ex quo imprudenter *Arabianum* fecerunt. sic *petunsus* pro *retunsus*, scriptum invenimus in eodem libro.

8 *In omnibus studiis, templis, locis.*] Scio quidem studia esse μουσεῖα, & Musium Alexandrinum non ignoro, mihi tamen eripi non potest quin legendum censeam: *in omnibus stadiis, templis, locis.* loca enim publica designavit in quibus habuit sermones de philosophia Marcus. in stadiis autem & gymnasiis id frequenter fiebat apud Græcos, ut homines docti & philosophi plerique illo convenirent & sermones de studiis & litteris concelebrarent. quod fecit apud Ægyptios Marcus, in locis omnibus publicis, ut sunt stadia & templa. præterea

quum multa Alexandrini in Cassium dixissent fausta, tamen omnibus ignovit,[1] & filiam suam apud eos reliquit. [2] Faustinam uxorem suam in radicibus montis Tauri,[3] in vico Halalæ [4] exanimatam subito morbo amisit.

terea studium pro πρόθεσιν quod nunc usurpamus, adhuc quæro quis veterum in hoc significatu usurpaverit. *stadiis* edi jussimus.

1 *Et filiam suam apud eos reliquit.*] Plures habuit filias Marcus præter illam quæ nupsit prius Vero, deinde Claudio Pompejano equitis Romani filio data est. Nam in Commodi vita dicitur, illum cæteras suas sorores constuprasse. sed minime dubitandum quin hoc loco filiam non Marci, sed Cassii accipi debeat. *suam* enim pro *ejus* posuit, ut contra *ejus* pro *suum* multis locis. filias autem plures habuit etiam hic Cassius. Nam Vulcatius in ejus vita filiarum meminit quas auro, argento, gemmis dicitur honestasse Marcus. Videtur autem hæc filia Cassii illa esse quæ Alexandria dicitur, quæ Drunciano nupserat, quibus liberam vagandi potestatem concessisse Marcum infra scribitur. Hanc igitur Alexandriæ cum deprehendisset, non inde expulit, sed reliquit. Verum cum attentius hæc pensito, & genus ipsum loquendi, mutare sententiam cogor & de filia Marci accipere. cum enim offensus esset Alexandrinis Marcus, quod in Cassium multa fausta dixissent, ignovit illis facile, qua erat clementia, atque ut certius offensæ depositæ pignus haberent, filiam suam apud eos reliquit. nec hoc parum fuit. Nam civitates, quibus graviter infensus fuit, nec voluit videre: Alexandriam vero non solum invisit, sed filiam suam ibi reliquit, non valetudine ejus id cogente vel alia re, sed ob hoc solum, ut fiduciam Alexandrinis daret suæ cum illis reconciliationis.

3 *In vico Halale exanimatam subito morbo.*] *In vico Halalæ*, Pal. & ita lege. nam Halala vicus ille vocabatur. *Vicus Halalæ*, ut urbs Romæ: torrens Vergelli Floro: & herba lapathi Horatio.

CASAUBONUS.

1 *Et filiam suam apud eos reliquit.*] Potest fieri ut filiam suam Marcus Alexandriæ relinqueret, cùm ipsa vel ob valetudinem patrem comitari non posset, vel aliam ob caussam. sed in hoc quid sit adeò memorabile, non video. Cogitemus igitur, num de Cassii filia Alexandra hæc sint potius accipienda. *suam* pro ipsius vel ejus. abutuntur enim his voculis sæpe etiam mediæ Latinitatis auctores.

3 *In vico Alale.*] Vide ad Alagabali vitam. in Antonini Itinerario vocatur Faustinopolis: quia ut statim sequitur, Antoninus vicum hunc coloniam fecerat.

GRUTERUS.

1 *Et filiam suam apud eos reliquit.*] Signum haud parvum favoris. videbatur enim paternæ benevolentiæ pignus atque obses.

2 *Faustinam suam in radicibus, &c.*] Obsecutus sum Palatino, qui non agnoscebat vocem *uxorem*, quæ adhuc in publicatis. & satis sane subintelligitur.

3 *In vico Halale.*] Palatinus *Halalae.*

4 *Exanimatam subito morbo amisit.*] Pal. *exanimatam vi subiti morbi.* quod admitterem si confirmaretur aliorum præterea scriptorum fide.

SALMASIUS.

4 *Exanimatam subito morbo amisit.*] *Exanimatam vi subiti morbi.* ita Palatinus, cui ex parte consentit princeps editio. Nam & illa habet: *examinatam*

amisit. Petiit à senatu ut [1] honores Faustinæ ædemque decernerent, [2] laudata eadem, [3] quum tamen impudicitiæ fama graviter laborasset: quæ Antoninus vel nescivit vel dissimulavit. [4] Novas puellas Faustinianas instituit in honorem uxoris mortuæ. [5] Divam etiam Faustinam à senatu appellatam gratulatus est: quam secum & in æstivis habuerat, [6] ut matrem castrorum appellaret. Fecit & coloniam vicum in quo obiit Faustina, & ædem illi extruxit. sed hæc postea ædes [7] Heliogabalo dedicata est. [8] Ipsum Cassium pro clementia [9] occidi passus est, non occidi jussit. Deportam subiti morbi. in hibernis autem amisit uxorem suam Marcus. Philostratus de epistola Marci, ad Herodem Atticum: τὸ μὲ πρόθυμον τῆς ἐπεστειλμένων, χαίρε μοι, φίλε Ἡρώδη. Ἀναλεχθεὶς ὃ ὑπὲρ τῆς ἐν πολέμῳ χθαμαλείων, σὺ οἷς λῷ τότε, καὶ τὴν γυναῖκα ὁλοφυρόμενον, ἀρτι αὐτὴν τεθνεῶσαν, εἰπών τε τι καὶ τὴν τοῦ σώματος ἀθανασίας ἐφεξῆς γράφῃ, &c.

CASAUBONUS.

1 *Honores Faustinæ, ædemque decernerent.*] Templum Faustinæ fuerat positum in Romulei montis pede: cujus meminit Trebellius Pollio in Salonino Gallieno.

2 *Laudata eadem.*] De qua etiam scribit libro primo; πρὸς τῆς θεῶν τὸ τὴν γυναῖκα τοιαύτην εἶναι, ὅτι σοὶ μὲ πιθανόν, ὅτι ὃ φιλόστοργον, ὅτι ὃ ἀφελῆ.

3 *Cum tamen impudicitiæ fama graviter laborasset.*] Satis dictum ante: eoque nomine reprehensus vulgo Marcus. Lege Cæsares Juliani. extant tamen nummi multi in ejus honorem cusi, cum hac inscriptione, PVDICITIA.

4 *Novas puellas Faustinianas.*] Cur dicat *novas* clarum est, ex vita Pii.

5 *Divam etiam Faustinam à senatu appellatam.*] Nummi, DIVA. FAVSTINA. PIA. & ab altera parte, CONSECRATIO. S. C.

6 *Ut matrem castrorum appellaret.*] Post illam de Quadis insignem victoriam, Marcus IMPERATOR VII. salutatus est: Faustina verò, MATER CASTRORVM. ita Dio. & vetus numisma. DIVÆ. FAVSTINÆ. AVG. MATI. CASTROR. CONSECRATIO. Olim Livia Augusti *Parens patriæ* dicta, exemplum dedit similium adulationum. quarum multa in historiis exempla.

7 *Heliogabalo dedicata est.*] Narat Spartianus in extremo Caracallo.

8 *Ipsum Cassium pro clementia occidi passus est, non jussit.*] Gallicanus, *quum quidem occidi non jussit, sed passus est.* Dicitur autem passus fieri quod factum non vindicavit. nam constat occisum Cassium inscio atque inconsulto Marco.

SALMASIUS.

4 *Novas puellas Faustinianas instituit in honorem Faustinæ.*] *Novas puellas* dixit eodem sensu quo *pueros & puellas novorum nominum*, supra dixit. nam *puellæ novæ*, & *puellæ novorum nominum*, eamdem habent significationem. & vide quæ ibi adnotamus.

9 *Occidi passus est, non occidi jussit.*] Palat. *occisus passus est.* forte: *occisum passus est, non occidi jussit.* vel, ut brevius sit: *ipsum Cassium pro clementia, passus est, non occidi jussit.* illud enim occi-

[1]Deportatus est [2]Heliodorus filius Cassii, & alii liberum exilium acceperunt cum bonorum parte. [3]Filii autem Cassii [4] & amplius media parte acceperunt paterni patrimonii, & auro atque argento adjuti, mulieres autem etiam ornamentis, [5]ita ut [6]Alexandria filia Cassii &

sus videtur à sciolis interjectum qui aliquid ad sententiam deesse putarunt. nisi *occisus* vel *occidi* bis diceretur. At sic quoque Volcatius loquutus: *Avidius interemptus est, quem quidem occidi non jussit, sed passus est.* nec enim hujus verbi *passus est*, hic est sensus, ut cum verbo *occidi* debeat jungi. quo efficeretur sciente & volente Marco occisum esse Cassium, quod contra est. prohibuisset enim occidi si scivisset, nihilque magis eum timuisse scribit Dio, quam ne se inscio occideretur. quod cum esset factum, magnam sibi exercendæ clementiæ præreptam occasionem doluit. Verum est igitur hoc loco legendum: *occisum passus est.*

1 *Deportatus est Heliodorus filius Cassii.*] An hunc solum ex filiis Cassii deportatum esse, reliquos autem donatos media patrimonii parte, in summa securitate vixisse dicemus? cur vero dispar hujus causa fortunaque, saltem nos docuisset Capitolinus, qui cum filiorum Cassii tribus ab hinc versiculis mentionem injiciat, fecisset rectius si sic scripsisset: *Filii Cassii præter unum Heliodorum qui deportatus est, acceperе amplius mediam partem patrimonii, atque auro & argento etiam adjuti sunt.* sed solent isti auctores, quidquid apud diversos scriptores legerunt conradere, & nullo delectu, aliqua etiam invicem pugnantia ἐκ μίαν Μύνουν congerere. ita heic fecit Capitolinus: cum enim legisset, Heliodorum Cassii filium deportatum, ut repperit, ita heic posuit. rursus cum penes alium reperisset filios Cassii donatos plus media parte patrimonii, & hoc sicut repperit, chartis illevit.

CASAUBONUS.

1 *Deportatus est Heliodorus filius Cassii.*] Non probo quod est in membranis *Heliodelus.* nam ita dictus hic de avi sui nomine, ut ferè semper apud Græcos. Cassio autem pater Heliodorus.

3 *Filii autem Cassii e.*] Scribo, *Filii autem Cassii alii e.* nam de uno è filiis Cassii, Heliodoro, dictum est. nisi cui suspecta ibi vox *filius.* Volcatius certè ejus mentionem facit nullam: qui tamen in plerisque idem Capitolino dicit, atque iisdem verbis.

4 *Et amplius media parte.*] Vulcatius omittit illa, *& amplius.*

6 *Alexandria filia Cassii.*] Scribe ut in regio, & Puteani, *Alexandra.* nam Græci Ἀλέξανδρα.

GRUTERUS.

2 *Heliodorus filius Cassii.*] Sic etiam Palat. noster.

SALMASIUS.

3 *Filii autem Cassii & amplius media parte.*] Distinguit filios Cassii ab illis aliis quos liberum exilium cum bonorum parte accepisse scripsit: nam filios Cassii, plus media parte patrimonii accepisse. monstrum autem lectionis visitur in veteri editione hoc loco: quæ sic habet: *filii autem Cassii & Aurelius.* quis enim Aurelius ille? corruptum manifestario pro *amplius.*

5 *Ita ut Alexandria filia Cassii.*] Alexandria hæc filia Cassii non heic solum vocatur, sed apud Volcatium quoque. nec libri variant. Alexandram tamen in suis vocari vir eruditissimus observat. sed parum refert Alexandra an Alexandria dicatur,

[1] & Druncianus gener, [2] liberam vagandi potestatem haberent, [3] commendati amitæ marito. Doluit denique Cassium extinctum, dicens voluisse se sine sena-
27 torio sanguine imperium transigere. Orientalibus rebus ordinatis, [4] Athenis fuit, [5] & inter alia [6] Cereris tem-

cum utrumque idem sit. nam Αλεξάνδρα, Αλεξάνδρεια: ut Πωλλόπη, Πωλλόπεια: & Καστόπη, Καστόπεια· Περσεφόνη, Περσεφόνεια & similia. sic Herba quæ Alexandra vocatur, ab aliis Alexandria vocabatur. Stephanus περὶ ἐθνικῶν· ἔστι καὶ Ἀλεξάνδρεια βοτάνη καὶ φυτόν, παρ' ἄλλοις δὲ Ἀλεξάνδρα ἐξ οὗ ἐστέφετο Ἀλεξανδρεῦσι τοῖς ἀγῶσι. Alexandra igitur & Alexandria idem.

CASAUBONUS.

1 *Et Druncianus gener.*] Vulcatius, *Druentianus*: in regio, *Adruntianus*. Paulus libro singulari De publicis judiciis: *Divus Marcus Drunciani utpote senatoris, qui Cassiani furoris socius fuerat, bona post mortem vindicari jussit*. referuntur hæc in lege septima Codicis, Ad legem Juliam majestatis. Ubi vides Paulum Jurisconsultum, qui illis fere temporibus vixit, diversum tradere ab eo quod scribunt Capitolinus & Vulcatius Gallicanus. ideo putabat phœnix jurisconsultorum hujus seculi perperam in ea lege Drunciani nomen alterius cujusdam loco esse scriptum. Atqui videntur sic esse hæc diversa, ut non sint contraria neque ἀτυπία. non enim ait Paulus simpliciter Drunciani bona jussisse Marcum vindicari: sed cum hac adjectione, *post mortem*. nihil quod hoc destruat Capitolinus aut Vulcatius. illi ajunt Druentiano datam facultatem ut tanquam insons viveret: Paulus indicat mortuum ut sontem. illud ex indulgentia Marci; hoc ex censura. nusquam scriptum à Capitolino aut Vulcatio, Marcum Drunciano ignovisse penitus, & omnem pœnam remisisse.

3 *Commendati amitæ marito.*] Vulcatius, *quos quidem amitæ suæ moris commendavit*.

4 *Athenis fuit.*] *Fuit* pro venit, ut in idiotismo nostro Gallico. Græci παρεγένετο.

6 *Cereris templum adiit.*] Dio, de Marco ex Syria revertente, εἰς Ἀθήνας ἦλθε καὶ ἐμυήθη.

GRUTERUS.

1 *Et Druncianus gener.*] Ita quoque nullo apice minus Palat.

5 *Et inter alia Cereris templum adiit, ut se innocentem probaret.*] Aut locus vitiosus est, aut delendum illud *templum*; quod non comparet in Pal. habetque, *& init. alia ceteris adit, ut s. forte fuit, & initialia Cereris adiit, ut s.* & ut ita vocet ipsa initiamenta. sed præstat forsan retinere vulgatum, exclusa tantum voce *templum*, quæ ipsa auctoribus plerisque omitti solet, latisque subintelligitur.

SALMASIUS.

2 *Liberam vagandi potestatem.*] In Volcatio, *liberam evagandi potestatem* legitur.

4 *Athenis fuit & inter alia Cereris templum adiit.*] Cereris, inquit, templum adiit Marcus, Athenis cum esset, ut innocentem se probaret. sed quale hoc innocentiæ argumentum, Cereris templum adiisse? suspicatus sum semper gravem hoc loco labem esse admissam. quod non secus atque eram suspicatus, verum esse mihi prodidit Codex Palatinæ Bibliothecæ, in quo scriptum repperi: *Athenis fuit, & init. alia Cereris adiit, ut innocentem se probaret*. quis non videt locum ab illis fuisse corruptum qui quid essent ini-

templum adiit [1] ut se innocentem probaret, [2] & sacrarium solum ingressus est. [3] Revertens ad Italiam navigio,

initalia parum intelligebant? initalia Capitolinus vocat quæ frequentius & usitatius initia dicuntur. ab *initium* πρόλογον est *initale*: ut à parricidium, parricidale; conjugium, conjugale, & cetera. *initalia* autem vel *initia* Cereris adire dixit pro μυείας. Et sane Marcus initiatus est Cereris sacris ut innocentem se probaret. Dio in eadem historia: εἰς Ἀθήνας ἦλθε καὶ ἐμυήθη. quæ verba hæc reddit κατὰ λέξιν Capitolinus: *Athenis fuit, & initalia Cereris adiit.* meminit etiam Philostratus in Adriano: κατὰ μὲν τὰς κοθόρνους ἂς ὁ αὐτοκράτωρ Μάρκος Ἀθήναζε ἐστάλη ὑπὲρ μυήσεων, ἐκράτει μὲν ἤδη τῶν Ἀθηναίων θρόνος αὐτὸς ὤν. En tibi vel ob hoc solum Athenas visendi cupidum fuisse Marcum, ut initia Cereris adiret. quod & ipse luculenter ostendit in epistola sua ad Herodem, quam posuit in illius Sophistæ vita Philostratus: πρὸς μὲν τοι τοῦτο μή μοι ὀργίζου. εἰ δὲ πολλὰ πεπόνηκά σε λυπῶν, ἀπαίτησον παρ' ἐμοῦ δίκας σὺν τῷ ἱερῷ τῷ σὺν αὐτῷ Ἀθηναῖε, σὺν μυήσεσι. πύθοιμι γὰρ ὅπου ὁ πόλεμος κάλιστα ἐφείσατο καὶ μυηθείη. εἴη γὰρ κἀμοὶ μυσταγωγὸν τοῦτο. posset tamen etiam legi *initialia*. sic *exitiale*, *aditiale*, ab aditu: unde aditiales cœnæ. initialia omnino pro initiis.

1 *Ut se innocentem probaret.*] Sic enim innocentiam suam probavit, quod exesse sacris jubebantur qui sibi alicujus sceleris essent conscii. quod in Eleusiniis sacris non solum fiebat, sed in aliis omnibus in quibus clamabat sacerdos & edicebat exirent omnes, qui se innocentes esse scirent. quod sic eleganter à Gratio describitur:

——ipse manu ramum pallente Sacerdos
Termiteum quatiens, procul hinc extorribus ire
Edico præsente deo, præsentibus aris,
Queis scelus, aut manibus sumptum, aut in pectore motum est,
Inclamat. cecidere animis trepidantia membra.

ubi vides non solum perfecti sibi sceleris sed etiam cogitati conscios ingredi vetitos, & sacris adesse.

2 *Et sacrarium solum ingressus est.*] *Solum* pro *solus*. sic Græci κατὰ μόνας pro μόνος. ita enim & alibi loquutus hic auctor. in Alexandro Severo: *Jam illud insigne quod solum intra palatium præter præfectum & Ulpianum quidem neminem vidit. solum* enim ibi pro *solus*. Volcatius in Avidio Cassio: *legat Marii Maximi secundum librum de vita Marci, in quo ille ea dicit quæ solum Marcus mortuo jam Vero egit.* ubi *solum* manifesto pro *solus*. nihil igitur hic mutandum. de his qui sacrarium ingrediebantur alibi diximus.

CASAUBONUS.

1 *Ut se innocentem probaret.*] In sacris Eleusiniis clamabat sacer præco, ἐκὰς, ἐκὰς ὅσοις ἀλιτρός. vel ut ait Lampridius, *Nemo ingrediatur nisi qui se innocentem novit.* Hæc prioribus temporibus erat τῆς προῤῥήσεως formula: postea fuit alia: nam tria nominatim hominum genera sacris arcebantur: athei, Christiani, & Epicurei. Lucianus in Pseudomanti: σὺν τῇ προῤῥήσει λύ, ὥσπερ Ἀθήνησι τοιαύτη. ΕΙ ΤΙΣ ΑΘΕΟΣ Η ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΣ Η ΕΠΙΚΟΥΡΕΙΟΣ ΗΚΕΙ ΚΑΤΑΣΚΟΠΟΣ ΤΩΝ ΟΡΓΙΩΝ ΦΕΥΓΕΤΩ. ΟΙ ΔΕ ΠΙΣΤΕΥΟΝΤΕΣ ΤΩ ΘΕΩ (Eleusine dicebant, ΤΑΙΝ ΘΕΟΙΝ) ΤΕΛΕΙΣΘΩΣΑΝ ΤΥΧΗ ΤΗ ΑΓΑΘΗ.

2 *Sacrarium solum ingressus est.*] Scribe ex regio, *solus*.

3 *Revertens ad Italiam.*] Sic scripti, pro in Italiam: ut antè monebamus.

vigio, tempestatem gravissimam passus est. Per Brundusium veniens in Italiam, [1] togam & ipse sumpsit, & milites togatos esse jussit: [2] nec unquam sagati fuerunt sub eo milites. [3] Romam ut venit triumphavit. [4] Exinde Lavinium profectus est. Commodum deinde sibi collegam [5] in tribunitiam potestatem junxit: congiarium populo dedit & spectacula mirifica: dein civilia multa correxit. Gladiatorii muneris sumptus modum fecit. [6] Sententia Platonis semper in ore illius fuit, *Florere civitates*, [7] *si aut philosophi imperarent, aut imperatores philosopharentur.* Filio suo [8] Brutii Præsentis filiam junxit, nuptiis celebratis exemplo privatorum: quare etiam congiarium populo dedit. Deinde ad conficiendum bellum conversus, in administratione ejus belli obiit, labentibus jam filii moribus ab instituto suo. [9] Triennio bellum postea cum Marcomannis,

1 *Togam & ipse sumsit.*] Vide ad Hadrianum Spartiani.

2 *Neque unquam sagati fuerunt sub eo milites.*] Romæ quidem, aut in Italia. ita accipe.

3 *Romam ut venit triumphavit.*] Regius, *Romam ut venit, cum Commodo filio suo, quem jam ut diximus, Cæsarem fecerat, triumphavit.*

4 *Exinde Lavinium profectus est.*] In villam Lanuvinam, de qua diximus ad Pium. à regio absunt hæc verba.

5 *In tribunitiam potestatem.*] Regius, *in tribunitia potestate.*

6 *Sententia Platonis.*] In quinto De republica. Aurelius Victor non de hoc Antonino, sed de patre Pio: *adeò æqualis probisque moribus, ut planè docuerit, eo demum fortunatas urbes fore, si regna sapientiæ sint.*

GRUTERUS.

3 *Romam ut venit triumphavit.*] Sic & Palatinus, nihil amplius.

4 *Exinde Lavinium profectus est.*] Hæc quoque verba visuntur in Pal.

8 *Brutii Præsentis.*] Melius fortasse Palatinus, *Brutii.*

SALMASIUS.

7 *Si aut philosophi imperarent.*] Hanc sententiam in ore Marci semper fuisse dicit, quam & re ipsa comprobavit. Victor Schotthi de Antonino Pio illam usurpavit, cum potius de Marco debuisset; in quem propter philosophi nomen magis quadrabat: *adeo*, inquit, *æqualis probisque moribus, ut planè docuerit, neque jugi pace aut diuturna otio absoluta ingenia corrumpi: eoque demum fortunatas urbes fore, si regna sapientiæ sint.* Hæc enim inquam de Marco dici magis conveniebat. quamvis ista male de Antonino Pio sunt dicta.

CASAUBONUS.

8 *Brutii Præsentis filiam.*] Cristinam, filiam viri consularis. nam Brutus Præsens collega fuit Pii secundùm consulis: deinde Marcus iterum fecit consulem: inque ejus consulatu ipse ultimum diem clausit.

9 *Triennio bellum postea.*] Tò pugnam turbatum hîc aliquid docet: neque ita hæc edi ut fuerant ab auctore digesta. nam ridiculum est, subjici illis verbis præcedentibus, quæ Marci mortem

nis, Hermunduris, Sarmatis, Quadis etiam egit: [1] & si anno uno superfuisset, provincias ex his fecisset. [2] Ante biduum

mortem continent. hujus triennii mentio est in Eutropio, & in Eusebii Chronico: unde clarum pertinere hæc verba non ad ultimam Marci contra Germanos expeditionem, sed ad superiorem huic proximam. verba Eusebii è regione anni decimiseptimi sunt hæc: *Antoninus cum filio de hostibus triumphavit, quos per triennium apud Carnuntum habens stativa castra vastaverat.* Diligens lector ex illo loco Actorum publicorum, qui in vita Commodi habetur, de tota ratione horum temporum meliùs statuat: nam ibi indicatur annus quo triumpharunt Marcus & Commodus: item ille, quo postrema expeditio suscepta.

SALMASIUS.

9 *Triennio bellum postea cum Marcomannis.*] Triennium in bello Marcomannico consumpsisse Marcum scribit etiam Eutropius, non tamen hoc postremo, in quo & mortuus est, sed illo priore, quo confecto cum filio Commodo triumphavit: *ingenti ergo labore & moderatione cum apud Carnuntum jugi triennio perseveraſſet bellum Marcomannicum confecit, quod tum Quadi, Vandali, Sarmatæ atque omnis barbaria commovit.* in quo fallitur. non parvam sane moram fecisse illo priore bello Marcum, etiam testis est Galenus ὡδὶ δ' προγνώσκειν: τῷ δὲ πρεσβυτέρῳ δὲ, inquit, αὐτὸ χρονίσαντος τοῦ τῶν Γερμανικῶν πολέμου. quod repetit in commentario ὡδὶ δ' ἰδίων βιβλίων, ut supra notavimus. Eutropius igitur qui per omnia fere istos auctores sequitur, adeo ut ad verbum eos aliquando etiam describat, hoc loco diversus abiit à Capitolino, dum priori bello tribuit, quod hujus posterioris fuit. sic Philostratus falsus est, qui Marcum toto illius prioris belli tempore Syrmii egisse scribit, cum reliqui omnes auctores & ipse quoque in epistola ad senatum Carnuti fuisse se scribant. verba Philostrati: ὁ δὲ αὐτοκράτωρ ἐκβὰς ἐς τὰ Παιονικὰ ἔθνη ὁρμητηρίῳ τῷ Σιρμίῳ χρώμενος. quod verum est de hac secunda expeditione. nam & Syrmii decessit Marcus.

2 *Ante biduum quam expiraſſet.*] Melius ex Palatino legas: *ante biduum quam expiraret.* etsi non ignorem illam ætatem hæc duo tempora confudisse.

CASAUBONUS.

1 *Et si anno uno superfuisset, provincias ex his fecisset.*] Dio idem, sed non ita præcisè: καὶ εἴγε πλέον ἐδεδιώκει, πάντα τὰ ἐκεῖ ἂν ἐκεχείρωτο.

2 *Ante biduum quam expiraſſet.*] Sic pars librorum: alii, *expiraret*: quod etsi melius, haud scio tamen an & verius. nam illa ætas hæc duo tempora amavit confundere. sic statim, illo loco, *petens tamen ut expectaret paucos dies*, & regius & veteres editiones scribunt, *expectasset.* & potest fieri ut non aliter ab auctore esset scriptum: nam ut diximus, idiotismus erat ejus seculi: Lucifero, qui fuit suppar huic ætate, admodum familiaris. ut in libro De non parcendo in deum delinquentibus: *nobis te contra non fuerat surgendum ne dicti fuissemus petulantes.* id est, ne diceremur. in fine libri De non conveniendo cum hæreticis: *ne videlicet tecum ad illa fuissemus præcipitati loca tormentorum, ad quæ omnes illos quorum tenes es iter, narrat Jacobus apostolus præcipites datos.* pro, præcipitaremur. alibi in eodem scripto: *quia fuerimus metuentes, atque sumus, ne illa fuissent dicta de nobis, quæ sunt dicta de desertoribus Judæis.* idem alibi, *ut in veritate currentes Dei servi, manstissent immobiles.* pro, manerent. talia sunt plurima apud illum scriptorem, & alios qui eum sunt secuti.

1 *Quam*

biduum [1] quàm expirasset, admissis amicis [2] dicitur ostendisse sententiam de filio eandem quam Philippus de

GRVTERVS.

1 *Quàm exspiraret.*] Sic etiam meus Palat. non *exspirasset*.

CASAUBONUS.

2 *Dicitur ostendisse sententiam de filio eandem quam Philippus de Alexandro.*] Videtur respicere ad dictum aliquod Philippi morientis de Alexandro: sed non ita est: nam Philippum repentina mors ita oppressit, ut dicendi quicquam facultatem non haberet. Diodorus libro XVI. de Pausania, ἀφ' ὧν πολυρρῶν ἀφανίσας συνέγκας πληγῶν, τὸν βασιλέα νεκρὸν ἐξέπεμψεν. Quærant verò studiosi, quibus otii plus est quàm nobis, Philippi dictum illud de Alexandro, quod heic tangitur. quanquam vereor ne & illi frustra sint. nihil enim, nisi fallit nos memoria, de filio suo Philippus ἀπεφθέγξατο, præter illud omnibus notum, quod eventus ratum fecit: *Macedonia te non capit.* sed nihil ad lucem hujus loci facit hoc dictum: nam optimus Marcus tale aliquid de immani Commodo sentire dicereve, neque potuit, ut sciunt omnes: neque etiam dixit; ut sequentia verba manifestò arguunt: *cùm de hoc malè sentiret*, &c. Suspicamur nos, quod & eruditissimo Lectio videbatur, omissa negatione, sententiam menti auctoris contrariam esse effectam. Legimus igitur: *ostendisse sententiam de filio non eandem quam Philippus de Alexandro.* sapientissimus princeps cùm morti propinquus de filii moribus, qui, ut subjicit Capitolinus, turpem jam & cruentum se ostentabat, cogitare cœpisset, non abstinuit quin suum de illo judicium amicis aperiret. Ait igitur illis Marcus: ea Commodum esse indole, iis moribus, ut non possit ipse de eo sperare, aut aliis spondere, quod olim Philippus de suo Alexandro verè præsagisset. apparet optimum patrem cùm hæc diceret, figurata oratione usum, [illegible] magnam rerum quas prævidebat [illegible] trocitatem, tectis verbis indicasse.

SALMASIUS.

2 *Dicitur ostendisse sententiam de filio eamdem, quam Philippus de Alexandro.*] Sententia quam de filio [illegible] lexandro Philippus ostendisse [illegible] loco dicitur, non alia potest esse [illegible] neque alia memoratur, quam [illegible] qua dixit, ὦ τέκνον Μακεδονία σε χωρεῖ. & frustra sunt qui aliam quærunt. sed nec omissam esse negamus nem, qua restituta locus planus [illegible] integer sit futurus, facile vinam. [illegible] igitur Capitolinus eamdem de filio sententiam ostendisse Marcum moriturum, quam olim de Alexandro Philippus, sed longe diversa mente. nam bene sentiebat de Alexandro suo Philippus cum diceret, O filio Macedonia non te capit. quo significabat tantam virtutis indolem in filio videri agnoscique jam ab omnibus, ut tantulum regnum Macedoniæ, tantis virtutibus quæ in illo [illegible] elucescebant, vix satis futurum [illegible] appareret. non teneri igitur potuit tam brevibus & circumscriptis verbis illam animi magnitudinem quam in Alexandro cernebat, Philippus judicabat, cui tenendæ vix [illegible] esse posset orbis. At Marci eadem sententia de filio fuit, sed non eadem mens. Sequitur enim: *cùm de hoc male sentiret.* idem igitur de filio malè sentiens dixit, quod Philippus bene sentiens de Alexandro. quo dicto significabat Marcus, vix orbem Romanum suffecturum ejus vitiis, quæ omnia, profusa libidine, contaminatissimisque moribus, perditurus esset. non video qui possit hujus loci sententia explicari.

1 *Addere*

de Alexandro, quum de hoc malè sentiret, [1] addens [2] minimè se ægrè mortem ferre, filium superstitem relinquens. nam jam Commodus turpem se & cruentum ostentabat. Mors autem talis fuit: Quum ægrotare cœpisset, filium advocavit, atque ab eo primùm petiit ut belli reliquias non contemneret, ne videretur remp. prodere: & [3] quum filius ei respondisset, [1] cupere 28

CASAUBONUS.

1 *Addens minimè se ægrè mortem ferre, filium superstitem relinquens.*] Vocem *mortem* quæ exciderat, restituimus è regio. sed locus nondum bene habet: cùm & oratio claudicet, & ei sententiæ quam modò dicebamus, quamque adeo veram putamus, cornua obvertant hæc verba. Erit aliqua sententia, si pro *relinquens* scribas *relinquentem*. Paullò pòst: *Fertur cum mori voluisse cùm filium talem videret futurum, qualis extitit post ejus mortem.* sed neque illum locum ita scriptum alii libri exhibent: & alia, nisi conjectura fallor, atque acrior Marci sententia. Scribo, *addens minimè se ægrè mortem ferre, sed quòd moreretur filium superstitem relinquens.* quanto morientibus parentibus solatio esse solent liberi superstites; tantum doloris Marco afferebat Commodus superstes: quem provida mens illius pernitiosissimum Reip. futurum augurabatur.

SALMASIUS.

1 *Addens minime se ægre mortem ferre filium superstitem relinquens.*] Parum fecisse ad hujus loci lucem videtur vir eruditissimus, qui restituit heic *mortem*, ex Regio. sed egregie malum illum librum fuisse de infinitis locis conjecturam facere licet. itaque parva illi à me fides habebitur. optimus autem in comparatione Palatinus, & prima editio *mortem*, heic non agnoscunt. nec sane illa addita quicquam accedit huic loco perspicuitatis, cujus hic esse debet sensus, ut non dicat Marcus minime se ægre mortem ferre, sed illud solum, quod filium superstitem relinquat. cui sententiæ ut ratio constet, legendum sit: *addens se nimium ægre ferre, filium superstitem relinquens.* & id confirmant post paulo sequentia: *fertur filium mori voluisse, quum talem videret futurum qualis extitit post ejus mortem.* posset etiam nulla aut minima mutatione legi: *addens minimo se ægre ferre filium superstitem relinquens.* ut illud *minimo*, eadem ratione dictum sit, qua Græcis ὀλίγῳ vel μικρῷ. Homerus:

— ὀλίγῳ σε κύνες διεδηλήσαντο.

parum abfuit quin te canes discerperent. igitur, *minimo ægre ferre*, esset, ὀλίγῳ βαρέως φέρειν. pro *minimo, minima re*, dixit Donatus in Terentium: *minima re hoc feci*; hoc est parum abfuit, quin hoc facerem. quod planè est Græcorum, ὀλίγῳ, qui & ὀλίγῳ δεῖν dicunt, ut etiam Latini, *minime minus*, cum plenius volunt efferre, & *paulominus*. utut est, non aliud hoc loco vult dicere Marcus, quam se ægre ferre, quod filium superstitem relinquat, quem mortuum videre præoptasset.

GRUTERUS.

2 *Minimè se ægrè mortem ferre, filium superstitem relinquens.*] Nihil variat hoc loco codex noster, nisi quod accedat vulgatis respuatque verbum *mortem*, erant & mihi sub calamo conjecturæ; sed hæc tam ulcerosa, tam mutila, nemo sanabit integrabitque absque libris melioribus.

CASAUBONUS.

3 *Cùm filius ei respondisset, cupere se primùm*

[1] cupere se primùm sanitatem, [2] ut vellet, permisit, [3] petens tamen [4] ut expectaret paucos dies, [5] aut simul pro-

primùm sanitatem.] Sine caussa viri doctissimi hæc conati emendare: optimè enim habent. Victor alter Commodi responsum aliis verbis, sed in eandem sententiam, refert hoc modo: *cùm in supremis moneretur à parente, attritos jam Barbaros ne permitteret vires recipere: respondit, Ab incolumi quamvis paullatim negotia perfici posse; à mortuo verò nihil.*

GRVTERVS.

1 *Cupere se primum sanitatem.*] Ita & Pal. Lipsio placebat *civitatem*, Epistola xvi. Centuriæ Miscellæ.

4 *Ut exspectaret paucos dies, &c.*] Pal. quoque præ se fert illud *exspectasset*, sed, quomodo tamen minimè scriptum ab auctore, arguit vel sequens *proficisceretur*. quod Lipsius noster mutatum it in *proficiscerentur*.

SALMASIUS.

2 *Ut vellet permisit.*] *Ut vellet*, ex formula qua dicebant: *vellem ut velles.*

3 *Petens tamen ut expectaret paucos dies, aut simul proficisceretur.*] Quæro quo sensu hæc dicantur, & quid sibi velit quod petit Marcus? filio primum auctor erat, ut belli reliquias vellet conficere, ne prodita per eum respublica videretur: quod ille cum facturum se negaret prætextu grassantis morbi pestilis, ejus voluntati facile consensit; petiit tamen ut saltem paucos expectaret dies, aut simul proficisceretur. Hæc postrema non capio: *aut simul proficisceretur.* nec placet sic accipi ut patrem iratum hoc dixisse censeamus: iret statim & voluntati morem gereret perditus & nequam filius. non, inquam, sic accipi placet. qui enim clementer filii voluntati obsequitur, ut velit quæ vellet: qui ab eodem petit, ut paucos dies saltem expectet, non videtur commotus aut iratus dixisse, non illum se morari, iret quo vellet. ut dicam quod sentio videtur Marcus cum ægrotare cœpisset, Romam revertendi consilium cœpisse, & filio auctorem fuisse ut maneret, & belli reliquias persequeretur. quod cum nolle facere, petiit ut saltem dies paucos expectaret, nec simul proficisceretur. secundum quam sententiam legendum: *ut paucos dies expectaret, nec simul proficisceretur.* nam sæpe, *aut* pro *haud* vel *haut* veteres libri scriptura exhibent. atque hoc verum esse puto. nisi si dicamus Commodum metu ingruentis morbi, reditum in urbem maturare voluisse & patrem ægrotum relinquere, quem rogat ille ut expectet paucos dies, ut simul proficisceretur. & ita *ut* pro *nec* scribendum. sed nihil melius, quam *haut simul proficisceretur*, scribere: hoc sensu, petierat Marcus ægrotans, ut filius bellum incœptum conficeret, se mortuo. quod cum ille recusasset, petiit ut non statim post mortem suam proficisceretur, sed paucos dies saltem expectaret: ut sic videretur rempublicam non prodere qui post mortem patris, etiam aliquantulum contra barbaros subsisteret, & voluntatem aliquam belli conficiendi præ se ferret. Et videtur Marcus de valetudine desperasse, statim atque ægrotare cœpit.

CASAUBONUS.

5 *Aut simul proficisceretur.*] *Simul*, hoc est, simul cum dicto, statim, & nulla interposita mora. hoc perinde est ac si diceret infelix pater: Si meo uteris consilio, fili, manebis, & susceptum bellum hoc urgebis: sin aliud cogitas, & ire vis te perditum, age, voluntati tuæ morem gere: nihil te moror. sed quia ait auctor, habitum hoc colloquium cum adhuc Marcus ægrotare cepisset, fortasse scribi sit satius: *ut simul proficisceretur.*

1 *Absit.*

proficiſceretur. Deinde [1] abſtinuit cibo potuque, mori cupiens, auxitque morbum. Sexta die vocatis amicis, & [2] ridens res humanas, [3] mortem autem contemnens, ad amicos dixit, *Quid me fletis, & non magis de peſtilentia & communi morte cogitatis?* Et quum illi vellent recedere, ingemiſcens ait, *Si jam me dimittitis, vale vobis dico, vos præcedens.* [4] Et quum ab eo quæreretur cui filium commendaret, ille reſpondit, *Vobis, ſi dignus fuerit, & diis immortalibus.* Exercitus cognita mala valetudine, vehementiſſimè dolebant, [5] quia illum unicè amabant. Septimo die gravatus eſt, & ſolum filium admiſit: quem ſtatim dimiſit [6] ne in eum morbus tranſiret. Dimiſſo filio, caput operuit quaſi volens

GRVTERVS.

1 *Abſtinuit cibo potuque.*] Pal. *abſtinuit vi potuque*; quo quid velit, neſcio.

CASAVBONVS.

2 *Ridens res humanas.*] Non ridere, ſed rite ac ſuo pretio æſtimare res humanas ſolitus vir hic ſapientiſſimus. Hoc ille nos docet divinis illis ſuis libris: velut cùm ait in ſecundo: non enim tempero mihi, quin melliriſſima graviſſimi doctoris verba adſcribam: Τοῦ ἀνθρωπίνου βίου, ὁ μὲν χρόνος, ῥυτμή. ἡ δὲ οὐσία, ῥέουσα. ἡ δὲ αἴσθησις, ἀμυδρά. ἡ δὲ ὅλου τοῦ σώματος σύγκρισις, εὐσηπτος. ἡ δὲ ψυχή, ῥεμβός. ἡ δὲ τύχη, δυσέκμαρτον. ἡ δὲ φήμη, ἄκριτον. συνελόντι δὲ εἰπεῖν, πάντα τὰ μὲν τοῦ σώματος, ποταμός· τὰ δὲ τῆς ψυχῆς, ὄνειρος καὶ τύφος. ὁ δὲ βίος, πόλεμος καὶ ξένου ἐπιδημία. ἡ ὑστεροφημία δὲ, λήθη. *Vitæ humanæ*, ait, *tempus punctum eſt: natura, fluit: ſenſus, obſcurus: corporis univerſi concretio, facilis putreſcere: animus, vagus: fortuna, res imperveſtigabilis: fama, res incerta: & ut verbo dicam, omnia, corporis quidem, fluvius: animi verò ſomnium & fumus: vita, bellum, & hoſpitis in peregrina urbe mora: fama poſt obitum, oblivio.*

3 *Mortem autem contemnens.*] Meliùs Marcus libro nono: Μὴ καταφρόνει θανάτου, ἀλλ' εὐαρέστει αὐτῷ. & vide ſis ſequentia.

4 *Et cùm ab eo quæreretur cui filium commendaret.*] Scilicet expectavit Marcus, ut alius eum paterni hujus officii ſui moneret. ſed lege Herodianum: cujus narratio conſtans & gravis, plus fidei meretur, quàm iſti ex diverſis ſcriptoribus conſuti centunculi.

SALMASIUS.

5 *Quia illum unice amabant.*] Vetus *amarunt.*

6 *Ne in eum morbus tranſiret.*] Peſte igitur videtur abſumtus Marcus qui filium ideo dimittit ne in eum morbus tranſeat. etſi non id aperte tradant auctores; & Dio ſcribat etiam, non vi morbi quo tunc laborabat extinctum eſſe, ſed opera & ope medicorum, τοῦ Κομόδου χαριζομένων.

Ib. *Ne in illum morbus tranſiret.*] *Tranſire* verbum inſignite proprium de ejuſmodi morbis contagioſis. unde & *tranſitio*, pro contagione. Ovidius:

Multaque corporibus tranſitione nocent.

Vegetius præfatione in libros de re veterinaria: *rectius eſt ergo eorum prius morborum, & ſigna & cauſas prædicere, curaſque monſtrare, qui quodam tranſitu pluribus nocent.*

1 Fer-

lens dormire: sed nocte animam efflavit. [1] Fertur illum mori voluisse quum filium [2] talem videret futurum qualis extitit post ejus mortem, ne, ut ipse dicebat, similis [3] Neroni, Caligulæ & Domitiano esset.
29 Crimini ei datum est quòd adulteros uxoris promoverit, [4] Tertullum & Utilium & Orphitum & Moderatum,

CASAUBONUS.

1 *Fertur illum mori voluisse.*] Regius, *Fertur filium mori voluisse, cùm eum talem videret futurum.* placet sententia: quæ evidentior futura, si scribas, *Fertur illum filium m. v.* atque ita legit olim Robertus à Porta. Ex iis quæ antè dicta sunt, nemo mirabitur Marcum optasse filio mortem, priusquam illa patraret, quæ non temere ipse metuebat. Quod ait vulgata scriptura, supervacuum est, cùm dixerit paullò antè *abstinuit cibo potuque mori cupiens.* sed & quod sequitur, *ne, ut ipse dicebat, similis Neroni, Caligulæ, & Domitiano esset*, editam lectionem falsi arguit.

3 *Neroni Caligulæ.*] Ita omnes libri: nec refert quòd alio ordine vixerunt.

4 *Tertullum & Utilium.*] A regio abest &c. Lego cum illustrissimo Scaligero, *Tertullum Tutilium.* Gens Tutilia ex historia & saxis nota.

SALMASIUS.

1 *Fertur illum mori voluisse quum filium,*] Omnino testituenda Palatini Codicis scriptura: *fertur filium mori voluisse, cum eum talem videret futurum.* quam & in Codice Regio reperisse testatur vir eruditissimus: quam & retinet editio Mediolanensis, ut sic pluribus testimoniis nixam recipere libeat.

2 *Talem videret futurum qualis extitit.*] Idem Palatinus: *qui talis extitit. qui talis*, pro *qualis.* Apuleius lib. x. *Dominus ædium habebat juvenem filium probe litteratum, atque ob id consequenter pietate modestiaque præcipuum, quem tibi quoque provenisse cuperes vel talem. quem talem*, pro *qualem vel tibi provenisse cu-*

4 *Tertullum & Utilium.*] Nullum ambigo quin legi debeat, *Tertullum*, & *Tutilium*, sed cum & particula, quam omnes libri agnoscunt, ut diversi sint isti Tertullus & Tutilius quod verum est. Utilius tamen, & Tutilius, nomen Romanum. hinc *Vtilia* nomen mulieris in saxis.

GRUTERUS.

1 *Fertur filium mori voluisse, cùm eum talem, &c.*] Exhibui lectionem Pal. nostri, quod firmaretur auctoritate aliorum codd. scriptorum. Nam pessimè prius cusi; *Fertur illum mori voluisse, quàm filium talem videre.* Ut enim patres liberos bonos optant superstites, sic iidem malunt supervivere liberis malis. De Augusto Suetonius cap. 65. *Aliquanto patientius mortem, quàm dedecora suorum tulit. nam Caii Luciique casu, non adeo fractus, diffidia absens, ac libello per Quæstorem recitato notum Senatui fecit; abstinuitque congressu hominum diu præ pudore. etiam de ucanda liberavit. certè cùm sub idem tempus una ex consciis liberta Phœbe nomine, suspendio vitam finisset; maluisse se ait, Phœbes patrem fuisse.* videatur Quintilianus pater Declamatione CCCLV.

4 *Tertullum & Utilium.*] Pal. *Tertullum etutilium*, quo ipso proximè accedit ad Scaligeranam conjecturam *Tertullum Tutilium.* verùm enimverò cur isti *Tertullo* addidit nomen familiæ, non etiam aliis? suspicatus fuit olim, fuisse potius, *Tertullum, & Vetulum*; ut cognomen fuerit alicujus è familia *Voconiorum.* certè in Inscriptionibus nostris occurrit pagina LVIII. 3. *Quintus Voconius Vitulus*, qui pro salute M. Antonini Pii Marti Len-

ratum, ad varios honores: [1] quum Tertullum etiam prandentem cum uxore deprehenderit. de quo mimus in scena præsente Antonino dixit, quum stupidus nomen adulteri uxoris à servo quæreret, [2] & ille diceret *ter Tullus*, & adhuc stupidus quæreret, responderit ille, *Jam dixi ter, Tullus dicitur*. Et de hoc quidem multa populus, [3] multa alii dixerunt, patientiam Antonini incusantes. Ante tempus sanè mortis priusquam ad bellum Marcomannicum rediret, in Capitolio juravit, nullum senatorem se sciente occisum, [4] quum etiam [5] rebelles dixerit se servaturum fuisse, si scisset. [6] Nihil enim magis & timuit & deprecatus est quàm avari-

Lencentio statuam posuit. eamque familiam circa eadem tempora adhuc viguisse, quemadmodum florebat sub Imperatoribus primis, nihil est quod credere prohibeat.

3 *Multa etiam alii.*] Vox *etiam*, est à Pal. hactenus aliis edd. omissa.

4 *Cùm etiam rebelliones dixerit se servaturum.*] Repræsentavi lectionem quæ erat in mss. aliorum, etiamque visitur in Pal. nostro, usique ea voce ejus sæculi scriptores haud semel, ut annotatum ab aliis. prius edebatur, *etiam rebelles*.

CASAUBONUS.

1 *Cùm Tertullum etiam prandentem cum uxore deprehenderit.*] Temporibus illis certum flagitii argumentum habebatur, si quis cum Augusta familiariùs se ageret, quam reverentia domus aulicæ postulabat: quod in Septimio Claro & Suetonio Tranquillo vindicavit Hadrianus.

2 *Et ille diceret ter Tullus.*] Hoc est, Tullus, Tullus, Tullus. ita enim accipiendum. quod autem sequitur, *jam dixi ter, Tullus dicitur*, sic pronunciatum à mimo, ut qui audirent. & quomodo scriptum est possent accipere, & sic, *jam dixi, Tertullus dicitur*.

5 *Rebelles dixerit se servaturum fuisse.*] Lego cum principe editione, *rebelliones*. de qua voce antè diximus.

SALMASIUS.

2 *Et ille diceret ter Tullus.*] *Diceret* pro dixisset. ut contra alibi: *Expiresset*, pro *expiraret*. nam hæc duo tempora confundunt illius ætatis scriptores.

4 *Quum etiam rebelles.*] Palatinus, *rebelliones*, ut jam ex veteri sua editione reponebat summus vir Casaubonus. *Rebellio*, ut notum est, & ἀποστασιν & ἀποστατω significat.

4 *Quum etiam dixerit se servaturum fuisse si scisset.*] Ut de Cassio quem servatum voluerat: sed occisus est inscio Marco. quem quidem occisum passus est, non occidi jussit, ut supra dixit Capitolinus.

CASAUBONUS.

6 *Nihil enim magis & timuit & deprecatus est, quàm avaritiæ famam.*] Ἀληθινὸν illud *enim*, eò spectat, quòd mali principes proscriptionibus damnatorum amabant locupletari. Non est autem dubium multis ad detrahendum de Marco legem ipsius os aperuisse, qua primus omnium cavit, ut lex Julia Majestatis etiam ad defunctos pertineret. Sed & *in largitionibus pecuniæ publicæ fuisse parcissimum* antè dictum. Hinc igitur illa avaritiæ criminatio: quam optimus scriptor Dio tanta diligentia diluit.

avaritiæ famam : de qua se multis epistolis purgat. Dederunt ei vitio [1] quòd & fictus fuisset, nec tam simplex quàm videretur, aut quàm vel Pius vel Verus fuisset. [2] Dederunt etiam crimini [3] quòd aulicam arrogantiam confirmaverit [4] submovendo amicos à societate

1 *Quòd & fictus fuisset, nec tam simplex quàm videretur.*] Loquere tu Dio, & sententiam tuam dice: ὅπ ὑ πϱοσποιητὸς, ἀλλ' ἐξ ὀϱεπῆς παϊ ϑα ἐπϱαττ-ϑε πϱόδηλον. & statim, ὅτως ὡς ἀληθῶς ἀγαθὸς ἀνὴϱ ὢν, κ ὑδὲν πϱοσποιητὸν εἶχε.

2 *Dederunt etiam crimini quòd aulicam arr.*] Legitur in quibusdam codicibus: *De e. cr. quòd liberti multum potuere sub eo verò: maximè Geminas & Agaclytus: & quòd aul. ar.* sed scribendum, *sub eo & Vero*, ut alio loco suprascriptum est. ubi cùm eadem verba habeantur, quid opus eadem hic repetere? jure igitur sunt extrusa ab hac sede. nam Fulvius Ursinus, qui veteris editionis authoritate illa tuetur, omnium antiquissimam videtur ignorasse, quæ Venetiis cusa est anno CCCCLXXXX. in hac certè nullum horum verborum vestigium, in regio non geminata, sed ex superiore huc translata. inde error.

3 *Quod aulicam arrogantiam confirmaverit.*] Est contrarium ejus quod in Pio dixit, *imperatorium fastigium ad summam civilitatem deduxit.* Victor alter, *auctoritatem principis emollivit.* anteà dictum est, Marcum aulico fastigio renitentem fuisse ornatum.

4 *Summovendo amicos à societate communi & à conviviis.*] Μονοφαγία, ut Athenæus observat, velut criminis loco solita quondam objici. in criminatione Domitiani hoc non prætermiserunt veteres. & meritò: nam ille bipedum arrogantissimus, ex contemtu humani generis solus vescebatur. at scelerate illi, qui ut alibi dicebamus, in Johanne Chrysostomo in deteriorem partem hoc sunt interpretati. Marcum verò pro se loquentem audiamus. Is cùm alia se à patre Pio doctum refert, tum imprimis τὴν κοινονοημοσύνην propria Marco est vox illa, eruditissimo interpreti minùs intellecta. sic autem appellat civilitatem, & virtutem illam, per quam censeri communi cum cæteris civibus jure æquo animo aliquis patitur. Herodianus vocat, τὸ μέτϱιον κ ἰσομέτϱον. Subjicit verò Antoninus, quasi hanc vocem interpretans: κ τὸ ἐφεῖαζ τοῖς φίλοις μήτε συνδεῖπνεῖν αὐτῷ πάντας, μήτε συναποδημεῖν ἐπάναγκες. Didici, inquit, à parente, amicis remittere & cœnandi mecum necessitatem, & unà mecum peregrinandi. Non igitur ut aulicam arrogantiam confirmaret, ut malè feriati quidam in animum induxerunt, solus esitavit Marcus: sed ut sæpius convivandi molestia & se pariter, & amicos suos liberaret.

SALMASIUS.

4 *Submovendo amicos à societate communi atque à conviviis.*] Civilissimi & communissimi quique principes amicos semper suos conviviis adhibuere privatis & publicis. Capitolinus in Antonino Pio: *convivia cum amicis & privata communicavit & publica.* ubi tamen optimus & doctissimus Juretus, quem honoris causa nomino, *consilia* legi volebat. sic enim in Marco; *& præcipue Junium Rusticum quem & reveritus est & sectatus; qui domi militiæque pollebat, Stoicæ disciplinæ peritissimum, cum quo omnia communicavit publica privataque consilia.* Magna igitur civilitatis laus in imperatore, cum iret ad amicorum convivia, & vicissim eos suis adhiberet. Lampridius

tate communi & à conviviis. Parentibus consecrationem decrevit. Amicos parentum etiam mortuos statuis

dius de Alexandro Severo: *cum amicis tam familiariter vixit, ut communis esset eis sæpe confessus, iret & ad convivia eorum: aliquos autem haberet quotidianos etiam non vocatos.* quod vehementer observatum velim. idem enim dicit de Alexandro, quod de Pio Antonino Capitolinus. Nam quotidianos istos quos etiam non vocatos habebat Alexander, privatis conviviis fuisse adhibitos intelligendum est. quod etiam moris habuit Antoninus Pius, ut non solum publicis conviviis, sed etiam privatis & quotidianis amicos adhiberet: quam consuetudinem submovisse arguitur heic Antoninus Marcus. quod referas licet ad convia tantum privata: nam de publicis intelligi non potest. Capitolinus de Macrino: *adhibuit convivio litteratos ut loquens de studiis liberalibus necessario abstineret.* convivio intellige privato. quotidiani igitur illi convivæ imperatorum, etiam non vocati aderant, & adesse quodammodo cogebantur, quod sine illis esse non posset princeps. non tenuit autem hunc morem Marcus. sed amicos liberabat hac necessitate veniendi & gratiam illis faciebat secum convivandi. quod sequius interpretati sunt quidam, & ad mores Marci arrogantes referre conati sunt, qui fastigium principis servare cuperet. sed longe alia id ratione fecisse ipse testatum reliquit his verbis, quæ jam attulerat ad hunc locum vir eruditissimus, iterum tamen necessario huc afferendis. inter alia quæ à patre didicit, didicisse etiam refert, τὸ κοινονημοσύνῳ καὶ τὸ ἐφείας τοῖς φίλοις, μήτε συνδειπνεῖν αὐτῷ πάντως, μήτε συναποδημεῖν ἐπαναγκες. nullos igitur habuit ejusmodi quotidianos convivas Marcus qui de necessitate imperatorio convivio interessent & non vocati: nec ejusmodi alios qui cogerentur συναποδημεῖν, & in comitatu esse principis. & κοινονημοσύνῳ eleganter vocat modestam illam, moderatam, usitatam & ordinariam, ut ita dicam, hominis mentem, quæ in commune quodammodo consulit, nec omnia ad commodum suum refert, respectumque etiam habet eorum cum quibus versatur, modeste modiceque de se sentiens. at contra inflati & superbi omnes se sibi tantum suisque commodis natos arbitrantur, & præ se cæteros contemnunt & negligunt. & hi sunt qui sensum communem non habere recte dici possunt. nam ita sensum communem accipit Juvenalis eodem plane sensu, quo Marcus κοινονημοσύνῳ. lib. III. Sat. VIII.

Hæc satis ad juvenem quem nobis fama superbum
Tradit & inflatum plerumque Nerone propinquo.
Rarus enim ferme sensus communis in illa
Fortuna. ——

errant enim qui aliter eo loci accipiunt, ut nos pluribus ibi dicturi sumus. facilitatem autem Marci in concedendo amicis, qui ipsum comitari nollent, notat etiam Galenus in commentario, περὶ δὲ προσιγνώσκων: ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ (Βήρου) κομίσας εἰς Ῥώμην τὸ σῶμα, καὶ ποιήσας ἀμφ' αὐτῷ τὰ νομιζόμενα τῷ ἐπὶ Γερμανοὺς ὁδοιπορίας, εὐχῆς κελεύων ἕπεσθαι κἀμέ. χρηστὸν τ' ὄντα καὶ φιλάνθρωπον αὐτὸν ἐδυνήθην ὡς οἶδα πεῖσαι καταλείπειν ἐν τῇ Ῥώμῃ με. φιλανθρωπίαν & χρηστότητα Galenus vocat, quam Marcus de se loquens κοινονημοσύνῳ. idem Galenus alibi. ἐν τῷ περὶ ἰδίων βιβλίων, ubi de eadem re loquitur, μετριότητι καὶ συγνωμοσύνῳ, qua gratiam illi fecerit Marcus simul eundi ad Germanicum bellum, ac sequendi se.

tuis ornavit. Suffragatoribus non citò credidit,[1] sed semper diu quæsivit quod erat verum. [2] Enisa est Fabia ut Faustina mortua in ejus matrimonium coiret, sed ille concubinam sibi ascivit procuratoris uxoris suæ filiam,[3] ne tot liberis superduceret novercam.

CASAUBONUS.

1 *Sed semper diu quæsivit quod erat verum.*] Marcus Antoninus ibidem A patre, inquit, accepi, τὸ ζητητικὸ, ἀκριβῶς ἐν τοῖς συμβουλίοις, καὶ τὸ ἐπίμονον· ἀλλ' ὅ τὸ, Πρραπίστη τ' ἐρρύνης, ὀρκωθεὶς παῖς πρεσχείρεις φευδοσίαις.

2 *Enisa est Fabia ut Faustina mortua in ejus matrimonium coiret.*] Hæc fuit Veri soror, auctore Capitolino in ejus vita: ejusdem mentio & in Pertinacis rebus. Videtur illa ipsa esse Lucii Ceionii Commodi filia quam voluerat Hadrianus Marco desponderi. etsi unde illi fuerit nomen Fabiæ nescimus. In Antoninorum stemmate reperiuntur aliquot Fadillæ. fortasse & hæc Fadia vero nomine fuit, non Fabia.

3 *Ne tot liberis superduceret novercam.*] Κυρίως *superducere* de noverca Donatus: *Phasma nomen est fabulæ Menandri, in qua noverca superducta est adolescenti.* sic Græci ἐπάγεσθαι & ἐπισάγεσθαι. Vetus poëta, Ὁ παισὶν αὐτῷ μητρὸν ἐπεισάγων. & cum præpositione εἰς eleganter atque ἐμφαλικῶς, ut in lege Charondæ apud Diodorum, τοῖς μετρυιὰν ἐπιγεμβρόοις μὴ ἴδιον τέκνων, ἔθηκε πρόσιμον. quod apud Stobæum alius auctor dixit, μετρυιὰν ἐπιγαμεῖν.

GRUTERUS.

3 *Enisa est Fabia.*] Sic quoque Palatinus; etsi non abhorream ab amicissimorum meorum conjectura, *Fadia.*

JULII